—, 4. *F.* 1 *a*: *Μουσαιου ποιημα̃τιον τα καϑ' Ηρω και Λεανδρον.* Musaei opusculum de Herone & Leandro, quod & in latinam linguam ad verbum tralatum est. *F.* 1 *b correctiones, et Musaei Epitaphium graece et latine. F.* 2 *a* (*sign.* a j) *Aldi Manutii praefatio graece scripta*: *Ἀλδος ὁ Ῥωμαιος τοις σπουδαιοις εὐπραττειν.* *F.* 2 *b*: *ΜΑΡΚΟΥ ΜΟΥΣΟΡΟΥ ΤΟΥ ΚΡΗΤΟΣ. Deinde sequuntur epigrammata duo, quorum versio lat. continetur F.* 3 *a* (*sign.* b). *F.* 3 *b fig. ligno incisa, deinde*: MVSAEI DE HERONE ET || LEANDRO. *F.* 4 *a* (*sign.* αjιι) *praefixa fig. ligno incisa incipit textus graecus*: *ΜΟΥΣΑΙΟΥ ΤΑ ΚΑΤ' ῾ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ. F.* 11 *b et f.* 12 *a figg. duae. F.* 21 *b finitur textus graecus*: *ΤΕΛΟΣ. ΕΓΡΑΦΗ ᾿ΕΝ ᾿ΕΝΕΤΙΑΙΣ ΔΑΠΑΝΗι ΚΑΙ ΔΕΞΙΟΤΗΤΙ ᾿ΑΛΔΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ΚΑΙ ῾ΡΩΜΑΙΟΥ. ΘΕΩι ΔΟΞΑ. F.* 22 *a finitur versio latina*: FINIS. —— 22 *ff.* cum 22 *ff.* Textus graecus implet fasciculum 10 *ff.* cum *sign.* a — aiiiij, versio latina, quam *Marcus Musurus* fecit, eodem modo implet 12 *ff.*, quorum primum habet titulum, graece et latine, secundum *f.* signatum est *bij* vel potius *b* et in nonnullis exx. etiam *c*, reliqua usque ad *bvj*. Ceterum in fasciculo foliorum versionis latinae, ut iam adnotatum est, *f.* 2 signatum est *b*; deinde *f.* tertium *c*, quintum *v*, omissa littera *b*. Editio a. 1494 typis descripta est. Rep. 1517.

—, 4. GNOMAE ex diversis poetis secundum ordinem alphabeti, graece. Accedit MUSAEI poematium de Herone et Leandro, graece cura I. Lascaris. (circ. a. 1494. Florentiae, Laur. Fr. de Alopa). —— Litteris quadratis descripta est editio, ut ceteri quatuor libri, qui ex officina Laurentii Francisci de Alopa prodierunt, quique sunt Anthologia Graeca, Appollonius Rhodius, Euripidis quatuor tragoediae et Callimachi hymni. 18 *ff.* cum 29 *lin.* Haec editio ex meliore codice, quam Aldina expressa est, itaque huic pluribus in locis praecellit, et omnibus aliis, nisi quae optimas lectiones ex ea transtulerint.

—, 4. Musaeus de Leandri et Herus amoribus. Graece. (Paris.,) Aeg. Gourmont. —— 18 *ff.* Rarissima est editio, quae circ. a. 1507 prodiit in lucem.

β) *Cum a. et l. notitia.*

1517, 8. *F.* 1 *a*: *Μυσαιυ ποιημα̃τιον τα καϑ' Ηρω και Λεανδρον. Ορφεως ἀργοναυτικα. Τυ αὐτου ὑμνοι· Ορφευς περι λιϑων.* Musaei opusculum de Herone & Leandro. Orphei argonautica. Eiusdem Hymni. Orpheus de lapidibus. *Infra Aldi insigne typ. iuxta*: AL||DVS. *F.* 80 *a*:

ΤΕΛΟΣ. VENETIIS IN AEDIBVS ALDI ET ANDREAE SOCERI MENSE NOVEMBRI M.D.XVII. *a b c d-e f g h i k Omnes quaterniones. F.* 80 *b Aldi insigne typ., iuxta:* AL || DVS. — 80 num. *ff.* Paucis mutatis Musaei textus ex priore Aldina expressus est. Orphei carmen de lapidibus ex editione Iuntina repetitum est. Praeter opuscula in titulo laudata, *f.* 63 et exhibentur: *ΠΡΟΚΛΟΥ ΛΙΚΙΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ Υμνοι.* Ceterum Musaeus solus graece et latine, reliqua carmina graece tantum leguntur. Bibl. sen. Lips.

1517, 4. MVSAEI antiquissimi Poetae de Leandri & Herus amoribus, graece. Coloniae apud Eucharium Ceruicornum MDXVII. mensis Julii XVII.

1518, 8. Musaeus poeta vetustissimus de Ero et Leandro, Graece et Latine. Apud inclytam Germaniae Basileam, apud Jo. Frobenium, mense Januario, M.D.XVIII.

1518, — 1524, — 1530, — 1534, — 1538, — 1541, — 1544, — 1549, — 1565, — 1567, — 1574 (*dupl.*), — 1584, — 1606. — *V.* supra Aesopus. I. Aa) *β*).

1519, 8. *Μουσαιου Ποιηματιον, το κατ' Ηρω και Λεανδρον etc.* Musaei opusculum de Herone et Leandro (*graece et latine*). Orphei Argonautica. Eiusdem Hymni. Orpheus de Lapidibus. Sententiae ex variis Poetis. Homeri Batrachomyomachia. (*Graece*) *In fine*: Florentiae per heredes Philippi Juntae Anno Domini M.D.XIX. — 128 *ff.* textus, et 8 *ff.* index. Ea opuscula, quae Aldina secunda continet, hic ex ea editione repetita sunt; sed epistola graeca Antonii Varchiensis praemittitur.

1526, 8. MVSAEI de insano Herus & Leandri amore Poemation. Idem latine paraphraste Guil. de Mara. LVCIANI Dearum Judicium, graece. Coloniae apud Joannem Soterem MDXXVI. — In hac editione Aldi textus, paucis ad editionem Florentinam a. 1494 mutatis, legitur.

1538, 8. Musaei opusculum de Herone et Leandro. Sententiae monostochi ex variis poetis. *Graece.* Paris., in offic. Christiani Wecheli. M.D.XXXVIII. — 24 *ff.*

1540, 8. Hesiodi Opera et Dies, et Theogonia, et Clypeus. Theognidis Sententiae. Sibyllae Carmina de Christo. Musaeus. Orpheus. Phocylides. *Graece.* Florent., per Benedictum Juntam. M.D.XXXX. — 148 *ff.* Haec editio nihil novi continet.

1543, 8. — Cum Hesiodo al. *V.* supra I. Aa) *α*).

1548, 8. Musaei opusculum de Herone & Leandro, & Sententiae *μονοστιχοι.* Graece. Paris., ex officina Christiani Wecheli. MDXLVIII.

1555, 8. Musaei poëmatium de Herone & Leandro, Graece. Paris., apud Andream Wechelum. M.D.LV.

1566, f. — graece, recensuit H. Stephanus. — Inter eiusdem Poetas graec. principes heroici carminis. Paris. Editor non satis adcurate editionem Florentiae per Alopam expressam adhibuit.

1569, — 1600, 12. — graece et latine. — Inter Veterum Auctorum Georgica, Bucolica et Gnomica. Genev.

1575, 8. — Cum Dionysio Periegete. *V.* ib. I. *β*). Textus mutatus quidem exhibetur, sed non emendatus. Versio latina est oratione ligata conscripta.

1595, 4. Musaei de Ero et Leandro poema lepidissimum (*graece*), Latino carmine ita, ut versus versui et verbum verbo paene respondeat, redditum ab Eilhardo Lubino. Rostochij, Myliander. M.D.XCV. — 16 *ff.*

1606, f. — graece et latine. — In *Iac. Lectii* Corpore Poetarum graec. Genev. Lectius presso pede H. Stephanum secutus est.

1608, 8. Musaeus de Herone et Leandro, graece et latine; a Casp. Barthio interpretatus et inlustratus. Ambergae, Schönfeld. — 69 pp. et 4 *ff.* Versio Barthii metrice composita est.

1617, 8. — Cum Colutho. *V.* ib. I. *β*).

1627, 4. MVSAEI Vetussimi, venustissimiq; Poetae Graeci Erotopaegnion Hervs et Leandri. Cum versione Latinâ prorsâ ... vorsâ: cui accesserunt alia eiusdem argumenti poëmatia: quae singula collegit, & Commentario libro illustrauit Daniel Parevs Philippi filius, Davidis nepos. Francofvrti, Impensis Gvlielmi Fitzeri. *M.DC.XXVII.* — 6 *ff.* praefixa, quorum ult. vacat, 240 pp., et 4 *ff.* index. Pag. 17—36 legitur: index graecorvm dictionvm, quae in Musaei habentvr carmine, omnium. Praeter carminis imitationes (*Barthii* Leandridos libros III; Ovidii epp. Leandri et Heronis) additae sunt *de Marae* et *Barthii* versiones latinae, atque *Marotii* versio gallica. Bibl. acad. et sen. Lips.

1628, 8. — graece et latine. —— Cum Hesiodo al. Paris. *V.* ib. I. Aa) β).

1639 sqq. 8. —— In *Wintertoni* collectione Poetarum graec. min. Cantabr.

1645, 8. Musaei carmen Hero et Leander, cum notis Pet. Voetii. Ultraj., a Zyl. —— Textus ex editione a. 1575 repetitus est. Editio rarissime occurrit.

1655, 4. MVSAEI, MOSCHI et BIONIS quae extant omnia, quibus accessere quaedam selectiora THEOCRITI Eidyllia. Graece et Latine. Autore Davide Whitfordo. Londini, typis Thomae Roycroftii, impensis Autoris. MDCLV. —— Cum duabus tabulis figg. ab Faithorne aeri incis. 5 *sh.* 6 *d.* Rep. 1659.

1659, 4. MUSAEI, MOSCHI & BIONIS, QUAE EXTANT OMNIA: Quibus accessere quaedam selectiora THEOCRITI Eidyllia. Impressa majore Charactere, Sculpturâ adornata, Latinóque Carmine reddita, Graecis è regione appositis. Autore DAVIDE WHITFORDO. *LONDINI*, Typis Thomae Roycroftij, Impensis Jo. Martin, Jac. Allestrye, & Tho. Dicas, ad insigne Campanae in Coemiterio D. Pauli, MDCLIX. —— 4 *ff.* praefixa, 143 pp. Cum iteratis duabus tabulis. Whitfordii metrica versio magni aestimatur. Errat autem *Ebert* in Allgem. Bibliogr. Lex. no. 14558, quamquam asteriscus adpositus est, dicens „mit Capitälchen gedruckt", quae verba *Schweiger* in suo libro Handb. d. class. Bibliogr. Vol. I. p. 209 sic mutata „Mit s. g. Capitälchen gedruckt" male repetiit. Ipse librum accurate inspiciens, miratus, nihil vidi, nisi typos usitatos. Bibl. acad. Lips.

1678, 8. *ΜΟΥΣΑΙΟΥ τα καθ' Ηρω και Λεανδρον.* MUSAEI de Herone et Leandro Carmen. Cum notis Jacobi Rondellii. (*Graece et Latine.*) Paris., Apud Ludovicum Billaine. CIϽ.IϽC.LXXVIII. —— 16, 44 pp. P. 32 sqq. exhibentur Rondelli notae, quibus insertae sunt variae lectiones codicis msti Paris., de quo Rondelius in epilogo p. 43 sq. sic disserit: „Audieram extare in Bibliotheca Regia Musaei codicem MS. Curavi ut ab amplissimo viro D. Carcavio cum editis illum conferendi copia impetraretur. Quod ille, qua est benignitate, non aegre concessit. Collatio facta à viro in Graecis literis multum versato, qui non modo varias lectiones, sed & nonnulla interlinearia glossemata obscuriorum vocum meo rogatu exscripsit. Verum ut codex non est admodum antiquus, ita glossemata nil habent reconditae eruditionis, & quod editione videretur dignum. Variarum lectionum major fides, quarum nonnullae sat momentosae sunt. Ex illis si commodi nonnihil percipiant viri eruditi, per me, cui istuc beneficii debeant, norint. Ipsi porro majora ad illustrationem elegantis opellae moliantur." Editor in praefatione in Musaeum p. 5 sq.: „Nihil tutius esse arbitramur, quam praestantium doctrina virorum adhaerere sententiae, ac eorum quibus sponte submittit fasces eruditus orbis, vestigia consectari. Idcirco quamvis non infimi subsellii viris Musaeus noster antiquissimus visus est, nihilominus eruditorum choro assentiendum est, qui istuc non crediderunt, qua in re, ni fallor, convenit nobis esse pedaneis senatoribus. Stupendum mehercle fuerit, si Musaeus Homero antiquior, nec Eleusiniorum, nec Thebanorum, nec Ephesiorum cuiquam, ut scriptionis de Herone & Leandro author commemoretur; mirum omnino, si dum populi certatim Musaei natalia sibi vindicant, tanto se posse rati cive clarescere, eorum neminem hoc opus in partes suas advocaverit. Quod cum minime factum sit, an id invidorum factione contigisse dicas? an fastidio seculi? an genii, quem victurus liber habere debet, defectu? Ast quinam illo aevo invidi? Istuc temporis vel duo, vel nemo poëticen attigerat. Quodnam seculi fastidium? Nemo tunc digitis callebat & aure. De genio verò, an non ad nostra usque tempora Leandri & Heronis amores pervenere? Igitur verisimilius est, Musaeum Poëtam esse neotericum, ac circa tempora Palladae Agathiae & aliorum Sophistarum, qui labente Imperio vixerunt, floruisse; quo nimirum aevo studium unicum, acumina, alliterationes, calamistrata dictio, & nugae canorae; quemadmodum odium, gravitas, vehementia, audacia, & sublimitas veterum Poëtarum, arma virosque canentium, quos adumbrare vix posse datur." Bibl. sen. Lips.

1721, 8. *ΜΟΥϹΑΙΟΥ τȣ γραμματικȣ τα καθ' ΗΡΩ και ΛΕΑΝΔΡΟΝ.* MVSAEI Grammatici de HERO et LEANDRO Poema recensuit, notis C. Barthii, Io. Weitzii, P. Voetii, C. A. Heumanni, C. Schoettgenii, I. M. Gesneri, St. Bergleri, I. A. Groeblii, et suis, indicibusque, instruxit, ac de Mvsaeo dissertationem praemisit Io. Henri. Kromayervs, accedunt argumenti eiusdem binae PVBL. OVID. NASONIS epistolae ab eodem recensitae ac apertissime et planissime explicatae, nec non indice itidem adauctae. Halae Magdebvrgicae

Sumtu Novi Bibliopolii ∞IↃCCXXI.—— 8 ff. praefixa, 343 pp. Magni aestimata et critica editio, cuius textus est H. Stephani, sed aliquando mutatus; Versio latina est Voetii.

1725, 8. *ΜΟΥΣΑΙΟΥ τȣ γραμματικȣ το καθ' Ἡρω και Λεανδρον.* MUSAEI Grammatici de Hero et Leandro poema (*etc. ut in edition.* a. 1721) Lipsiae Apvd Mavr. Georg. Weidmannvm MDCCXXV. —— 4 ff. praefixa, 343 pp. Nemo ante me hanc editionem, ex Weigelii Adparatu no. 11413, adnotavit.

1725, 8. Musaei, Grammatici, de Hero et Leandro Carmen. *Graece et latine.* Illustris historia antiqua civilis seculo IV. et V., ancipitibus veteris Romae et imperii Romani fatis, Arcadio et Honorio Caesaribus, occidentali et orientali imperio diviso, Stilichone belli duce vivo et defuncto. Helmst. —— Titulo subfixae sunt figg. ligno incisae. Carmen Musaei Allegoriam interitus imperii Romani et Byzantini esse, mortuo Stilicone, editor Hermannus von der Hardt censet. Carpzovius in sua praefatione de hac sententia sic disserit: „Is (Hermannus von der Hardt) igitur, hoc Musaei Carmine, non tam negabat fata Heronis et Leandri vera describi, a quo neque Harduinus dissidebat; quam potissimum fingebat, argutam allusionem artisque documentum symbolicae contineri auctoris cuiusdam, qui cladem imperii Romani ac Byzantini, defuncto Stilichone, repraesentaverit. Quem ingenii abortum ut eniteretur, seductus fuerat tum, quum in librum divinum, Iobi historiam, operosas argutias parturiret. Ab auctore enim etiam illius libri negaverat veram historiam descriptam fuisse; crediderat, Israelitarum fata in exilio Assyriaco, more Tragoedorum, symbolis adumbrari. Et ut perspicuum faceret, artem istiusmodi fingendi fuisse olim non raro factitatam, resque ut exulum Israelitarum exactius cognoscerentur e libro Iobi; tum carmina quaedam Claudiani, poëtae ingeniosissimi, tum hoc ipsum Musaei Erotopaegnion, tanquam exemplar artificii veterum symbolici, in medium proiiciebat." Rep. 1728.

1728, f. Pars secunda in Symbola Jobi: Claudiani et Musaei Symbola illustria in historia Byzantina ac Romana, Arcadio et Honorio Caesaribus, — Saeculo IIII. et V. —— Pars prima inscr. est: Tomus primus in Jobum; historiam populi Israëlis in Assyriaco exilio; Tragoediam sacram *etc.* Helmst. Hunc autem suppressit suprema juris vis. Editor hic commentarium multo auctiorem edidit. *V.* 1725 et 1731. Hae tres editiones ad editionem Kromayerianam expressae sunt. Carpzovius in praefatione sua ad hanc editionem notavit haec: „Editioni libro Jobi suffixae amplissima subiicitur sermocinatio in Musaeum, ut quem confinxerat Editor aenigmata et allegoriam composuisse. Ea commentatio (candidissime enim hoc perorabo,) Philologis atque Criticis usitatis nullius, Exegetis vero, id est, Onirocriticis, peringens et quantivis pretii thesaurus est. Describitur in Capita quinque. *Primum*, super rebus in Hellesponto; *quod sequitur*, de conditione exponit Graeciae, Phocidis, ac Boeotiae finium. Disserit *aliud* Caput de Ovidii epistolis, quas Leander ad Heronem, atque haec ad illum, dederunt. *Quartum*, de hoc ipso Musaei opusculo, tanquam carmine admirabili, pertractat. Molitur capite extremo Auctor euincere, hoc poëma in honorem Stilichonis cantatum esse de Imperii Romani fatis, sub Arcadio et Honorio. Et in hoc praecipue penso versus singuli contorquentur ad opiniunculam praeiudicatam, subinde ita ingeniose, ut mireris in re tam vana consensionem talem; nonnunquam tamen in hunc modum, ut vel Cato quidem tetricus et ἀγελαςος non potuerit non ex animo subridere."

1731, 8. Musaeus in historiam Imperii Romani Saeculo IIII. et V. *Graece.* Gothae. —— *V.* 1728.

1737, 8. *ΜΟΥΣΑΙΟΥ τȣ γραμματικου τα καθ' Ἡρω και Λεανδρον.* MVSAEI grammatici de Herone et Leandro carmen. Cum scholiis graecis nunc primum e codice ms. bibliothecae Bodlejanae editis. Ex recensione Matthiae Röver, qui variantes lectiones et notas adjecit. Lugd. Bat., Apud Theodorum Haak, 1737. —— Cum fig. in fronte libri, 22 ff. praefixa, 101 pp. 13 ff. index, et addenda adjectis erratis. Textus ex Kromayeri editione, paucis mutatis, exscriptus est; sed sub textu notantur variae lectiones septem codd. mstorum, et septemdecim editionum. Praeterea adiectae sunt latinae versiones metricae Andreae Papii, Septimii Florentis Christiani, et Davidis Whitfordii.

1742, 8. *ΜΟΥΣΑΙΟΥ τȣ γραμματικου τα καθ' Ἡρω και Λεανδρον.* MUSAEI grammatici de Herone et Leandro carmen; cum conjecturis ineditis Petri Francii, ex recensione Johannis Schraderi, qui variantes lectiones, notas, et animadversionum librum adiecit. Leovardiae Excudit Tobias van Dessel,

cIↃIↃCCXLII. —— 6 *ff.* praefixa, 374 pp., 14 *ff.* indices, et 1 *f.* errata. Schrader duos codices mstos adhibuit. *V.* 1825.

1749, 4. — graece edidit F. Bened. Carpzov. Helmst. —— Carpzovius secutus est Roeveri recensionem.

1750, 4. *Μϐσαιϐ τα καϑ' Ἡρω και Λεανδρϐ* (?). Avvenimenti tra Erone e Leandro Poema Greco di Museo recato in versi Italiani sciolti da G. B. C. (*Gio. Battista Caracciolo*). In Firenze nella Stamperia Ducale. 1750. —— Interpres versionem, compositam „in versi sciolti", ut Itali dicunt, tam multis versibus fide reddidit, quam textus graecus habet; sed versio non satis elegans est.

1765, 8. *ΜΟΥΣΑΙΟΥ του γραμματικου τα καϑ' Ἡρω και Λεανδρον.* Mvsaei Grammatici de Herone et Leandro carmen ab Ant. Mar. Salvinio italicis versibvs, nvnc primvm editis, redditvm. Accedunt Praeter Latinam Interpretationem, Variantes Codicum Lectiones, Selectae Adnotationes & Index Graecus Verborum. Recensvit, et illustravit Ang. Mar. Bandinius I. V. D. Florentiae, typis Caesareis. cIↃ.IↃcc.LXV. —— 108 pp. Haec editio nihil novi habet.

1775, 8 mai. MVSAEI grammatici de Herone et Leandro carmen graecum Ad optimas Editiones, et cum. Lectionibus Variantibus, selectisque Emendationibus, ac Metaphrasi Dau. Whitfordi, accurate recusum. Magdeburgi sumtib. J. Ch. Zapffii cIↃIↃCCLXXV. —— 11 *ff.* praefixa, praefationem editoris F. Bened. Carpzovii contin., XLII pp. textus, qui ad veteres editiones mutatus est, quarum etiam varias lectiones adscripsit. Conf. Novam bibl. crit. (Lips. 1777) p. 297 sqq.

1781, 8. Le Avventure di Ero e di Leandro, tradotte in versi sciolti da Girolamo Pompei col testo greco a fronte. —— In libro: Volgarizzamenti dal latino e dal greco. Verona, per Moroni.

1784, 12. Les Amours de Léandre et de Héro, poëme de Musée le grammairien, en grec et en français (*par M. de la Porte du Theil*). Paris, Didot. —— Cum fig. in titulo. 2 *fr.*, ch. mel. 3 *fr.* Textus graecus est ex Roeveri editione expressus; versio autem ut nimis libera vituperatur.

1787, 8. Gli amorosi avvenimenti tra Ero e Leandro, trad. da Fr. Mazzarella-Farao, col testo greco e la versione latina a fronte. Napoli. —— In praefatione praemissa auctor versionis contendit, Musaeum Grammaticum fuisse Neapolitanum, qui vixit tempore Theodosii Imperatoris. Extant etiam exx. in ch. m.

1789, 8. *Μουσαιου τα καϑ' Ἡρω και Λεανδρον.* Musaeus Gedicht von Hero und Leander mit e. griech. deutschen Wortregister herausgegeben von H. L. Teucher. Leipz., Walthersche Buchh. —— 111 pp.

1793, 8. Musaei de Herone et Leandro carmen. Recognovit et adnotationibus instruxit C. F. Heinrich. Hannoverae, Apud Ch. Ritscher. MDCCXCIII. —— XLVIII, 174 pp., 3 *ff.* index, et 1 *f.* Emendanda. 12 *Gr.* Magni aestimandum est editoris prooemium in Musaei de Herone et Leandro carmen, editioni praemissum. Textum etiam editor emendavit ad codicis fidem, qui ex vetustiore fonte, quam omnes reliqui profluxit, quamquam recentissimis temporibus, cum dudum impressa Musaei exemplaria circumferrentur. Ex hoc codice editor eas tantum lectiones variantes enotavit, quas aliquanti momenti esse censebat. Notae et criticae et exegeticae magni aestimandae sunt. Conf. ephem. litt. univ. 1793. IV. p. 379 sqq. ephem. litt. Lips. 1793. IV. p. 645 sqq.

1793, 4. Le Avventure di Ero e di Leandro, tradotte in versi italiani col testo greco da G. Pompei. Parma, Bodoni. —— Tantum 100 exx. sunt impressa.

1795, 8. Musaei Carmen de Hero et Leandro, noviter emendavit et notas adjecit L. H. Teucherus. Lips., Pott. —— 48 pp.

1796, 4. Les Amours de Léandre et de Héro, poème de Musée le Grammairien; traduit en français avec le Texte grec, la Version latine, & des Notes critiques, et un Index, par J. B. Gail. Paris, Gail. L'an IV. (1796). —— VIII, 68 pp. Cum figg. 3 *fr.*, ch. membr. 8 *fr.*, ch. membr. m. 10 *fr.* Conf. ephem. litt. Lips. 1796. III. p. 575 sq.; ephem. litt. univ. 1797. p. 277 sqq.

1801, 8. *ΜΟΥΣΑΙΟΥ τα καϑ' Ἡρω και Λεανδρον.* MUSAEI carmen de Herone et Leandro, noviter emendavit et notas adjecit L. H. Teucherus. Halae, Ruff. —— 5 *Gr.*

1810, 8 min. MUSAEOS. Urschrift, Uebersetzung, Einleitung und kritische Anmerkungen von Fr. Passow. Leipz., b. Gerh. Fleischer d. J. 1810. —— 4 *ff.*, 216 pp. 1 *Th.* Editor praemisit introductionem, in qua de Musaeo eiusque scri-

ptis agit. In textus recensione fundamentum sibi sumpsit Heinrichii editionem. P. 166 sqq. lectiones variantes codicis msti Gothan. ad Musaei et Coluthi carmina proposuit. Deinde exhibentur notae criticae. Versio germanica oratione metro ligata composita omnes reliquas superat. Conf. ephem. litt. Jenens. 1810. no. 268. p. 337 sqq.

1811, 4. — trad. in isciolti dal Conte Luigi Lecchi col testo greco a fronte. Brescia per Bettoni. —— Versio est pura et viris coloribus tincta. Editio autem, dedicata Marziae Martinengo, ornata est allegoricis figuris aeri incisis, quas *Luigi Basiletti* delineavit.

1814, 8. Musaei Grammatici de Herone et Leandro Carmen. Recensuit et illustravit E. Ant. Moebius. Halae, e libr. Hemmerdeana. MDCCCXIV. —— XII, 107 pp. 12 *Gr.* Editor in textu a Passovio discedit. Animadversiones p. 17 sqq. adiectae sunt criticae; has excepit p. 27 sqq. locupletissimus index graecitatis; et p. 99 sqq. index nominum. Ceterum editio est usui iuvenum destinata. Conf. ephem. litt. Halens. 1815. no. 162, p. 518 sqq. et ephem. litt. Jenens. 1816. supplem. no. 34.

1824, 8 mai. Musaei de Herone et Leandro Carmen, Graece et Suethice. Venia ampliss. facult. philos. Aboëns. P. P. Mag. Axelius Gabriel Sjöström, Facult. Philos. Adjunctus E. O., et Uno von Troil, Liber Baro, Aboënsis. Partic. prior.; *idem* Sjöström et Gustavus Aminoff, Comes, Nylandus. Partic. posterior. Aboae, typis Frenckellianis. —— 40 pp. P. 38 sqq. Adnotationes subiiciuntur, quae ex commentariis Heinrichii, Passovii et Moebii excerptae sunt.

1825, 8 mai. — Editionem novam auctiorem curavit Gf. H. Schaefer. Lips., Hartmann. —— LVI, 342 pp. 2 *Th.*, ch. scr. 3 *Th.* *V.* 1742.

1828, 8. Amori di Ero e Leandro: Poemetto di Museo, volgarizzato dal Conte Caston Rezzonico della Torre, col testo greco. Como, Ostinelli. —— Editor huius accurate typis expressae editionis est Mocchetti. *V.* Bibl. ital. Tom. L. p. 109 sq.

1832, 12. Ero e Leandro, carme di Museo il Grammatico, traduzione col testo a riscontro. Firenze, co' tipi Calanziani. —— 38 pp. Haec est prima versio italica, quae „*in terza rima*“, ut Itali dicunt, composita est.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1538, 8. Musaei Opusculum de Amoribus Herûs & Leandri, Gulielmo de Marâ paraphraste, eruditis Ioannis Vatelli Coeniliensis commentariis enarratum. Paris., in officina Christiani Wecheli.

1624, 8. — latine versum a Casp. Barthio. —— In eiusdem Pornoboscodidascalo. Francof.

1694, 4. Lusus amatorius: sive Poema de Herone et Leandro, e Graeca in Latinam linguam translatum: cui aliae (tres scilicet) accedunt Nugae Poeticae. Auctore C. B(*lake*) e Coll. D. Jo. Bapt. Soc. Londini 1694. —— 3 *sh.* 6 *d.*

B. germanicarum.

1633, 4. MVSAEVS Lieb- und Lob-Gedichte von Hero und Leandern aus dem Griechischen in hochteutsche Reimen übersetzet, sampt nothwendiger Erklärung durch Christ. Alectorandrum. Leipz. 1633. —— Haec versio, in versibus simili exitu composita, non placet.

16.., 8. Verdeutschte Liebesgeschichte von Leander aus dem Musaeo, durch Gf. Wilhelm Sacer. —— Sacer a. 1699 mortuus est.

1770, 8. Hero und Leander (*übers. von C. Ehreg. Mangelsdorf*). Leipz. 1770, 8.

1771, 8. Hero und Leander aus dem Griechischen (*von J. G. Schlosser*). Frankf. a. M. —— Auctor ipse versionem suam appellat rigidam.

1771, 12. Musaeus Hero und Leander (*übers. von Grillo*). Halberst.

1773, — 1784, 8. Hero und Leander. Ein Gedicht aus dem Griechischen des Musaeus. Von Karl August Kütner. Mietau 1773; Altenb. 1784. —— Haec versio magno applausu excipiebatur.

1782, 8. Musaeos Leander und Hero, ein Gedicht, metr. übers. von Ch. Gr. von Stollberg. —— In eiusdem Gedichte aus d. Griech. (Hamb.) p. 254—274.

1784, 8. Hero und Leander, aus dem Griechischen des Musaeus in deutschen Hexametern. Basel, Thurneysen. —— 38 pp.

1784, 8. Hero und Leander. Ein Gedicht des Musaeus aus dem Griech. (*metr.*) übersetzt von L. S. G. Sprengel. —— In libro inscr.: Olla Potrida, P. I. p. 138—155.

1785, 8. Musaeos Leander und Haero, ein Gedicht (*übers. von J. G. K. Schlüter*). —— In Sammlung aller Uebersetzungen der Griechen u. Römer. (Frankf. u. Leipz.) p. 443 — 461. Interpres huius versionis omnes priores superavit.

1785, — 1788, 8. Musaeus Hero und Leander, von J. v. Alxinger. —— *V.* Deutsches Museum, m. Octbr. p. 289—303, et rep. in interpretis Sämmtliche Gedichte. Klagenf. 1788.

1795, 8. Hero und Leander, aus dem Griech. des Musaeos übersetzt von Fürchteg. Ch. Fulda. —— *V.* interpretis Neue Blumenlese deutscher und verdeutschter Gedichte. (Leipz.) p. 105 — 122, et seorsim eodem a. prodiit ibidem sumptibus Sommeri, 48 pp. 4 *Gr.* Haec versio omnibus prioribus praeferenda est. Conf. Neue allgem. deut. Bibl. Adpend. p. 1 — 28. Collectio inscr. Neue Blumenlese a. 1797 novo titulo ornata est.

1799, 8. Der nächtliche Schwimmer; oder Hero und Leander. Eine Reliquie für Liebende; von Musaeus. Ronneburg u. Leipz., Schumann u. Barth. —— 100 pp. 8 *Gr.*

1808, 8. Hero und Leander, übers. von van Alpen, mit Zugaben. Cölln, Rommerskirchen. —— 16 *Gr.*

1809, 12. Hero und Leander, nach Musaeus von A. L. Danquard. Heidelb., Mohr. —— 5 *Gr.*

1810, 8. —— *V.* supra I.

C. gallicarum.

1541, 4. Musaeus, ancien Poete Grec, des amours de Leandre & Hero, traduict en rithme françoise par Clement Marot. Paris, Jehan André 1541. —— Rep. 1627.

1627, 4. —— *V.* supra I. in Parei editione. *V.* 1541 et 1781.

1681, 12. — trad. en prose. Paris, Cellier.

1731, 4. —— In Clementis Maroti Oeuvres. (A la Haye) T. III. p. 116 sqq. *V.* 1627.

1774, 8 mai. et 4. Héro et Léandre, poëme de Musée, traduit en françois par M. M. C. (*M. Moutonnet Clairfons*). Paris. —— Pertinet ad editionem versionis Anacreontis. Rep. 1775.

1775, 12. — Paris. —— *V.* 1774 et 1780 sqq.

1780, 12. — 1782, 4. — 1782, 8. —— Cum Anacreontis versione.

1784, 12. — 1796, 4. —— *V.* supra I.

1805, 12. — traduction libre par C. L. Mollevaut. Paris. —— Rep. 1816.

1816, 8. —— *V.* Oeuvres de Mollevaut. (Paris, Bertrand) Vol. I.

D. italicarum.

1555, — 1560, 12. Le Avventure di Ero et Leandro, tradotte da Bernardo Tasso. —— In interpretis: Rime. Venez. Non versio quidem, sed imitatio est. Rep. 1749.

1590, 4. La Favola di Museo de gli amori di Leandro, & di Ero, Tradotta dal Greco (*in versi sciolti*) da Bernardino Baldi, da Urbino. —— In interpretis: Versi e Prose. (In Venetia, appresso Francesco de' Franceschi Senese. 1590). Aliam versionem, quam composuit *Girolamo Pallantieri*, commemorat *Fortun. Federici* in libro suo: Degli scrittori Greci (Padova. 1828, 8 mai.) p. 9 ad auctoritatem anonymi in *Quadrio* T. VI. fasc. 273, quae ante a. 1594 prodiit.

1607, 4. Erotopegnio, da Pomponio Montenari. Vicenza per Amadio. —— Versio libera est, facta „*in ottave*", ut Itali dicunt, et in tres cantus divisa.

1709, 4. Gli amori di Leandro, e d'Ero da Museo. Consecrati alla Maestà del Rè di Danimarca di Norvegia ec. Dati alla Luce per il mezzo e la diligenza del Cavagliere Milleran, di Saumur, Interprete del Re Cristianissimo, e professore delle lingue Francese, Latina, Italiana, Tedesca, ed Inglese, sopra la richiesta, ch'egli ne ha fatta all' Autore per render la dett' Opera publica, à causa del suo merito. In Venetia, M. DCCIX. appresso il Milocco. Con Licenza de' Superiori. —— Auctor huius male factae versionis verus est *Pietro Gabrielli*. Versio absoluta est 32 ottave rime, ut Itali dicunt.

1749, 12. — trad. da Bernardo Tasso. —— *V.* eius: Rime, riprodotte per cura del Serassi. (Bergamo, Lancellotti) T. II. Auctior hic est versio iterum edita. *V.* 1555.

1753, 8. — trad. in versi sciolti da Cidalmo Orio P. A. (i. e. *Francesco Catelano*). —— In fine eius versionis Anacreontis. *V.* ib. II. D.

1757, 8. — trad. in ottava rima da Marcaurelio Soranzo. —— In eiusdem versione: Epistole Eroidi di Ovidio. Venezia pel Pasinello.

1765, — 1781, — 1786, 8. —— *V.* supra I.

1790, 8. — trad. da Girolamo Pompei. —— In eiusdem: Opere, Vol. II. V. 1781 et 1793.

1792, 8. — trad. in versi sciolti dall' Arciprete Duso. Vicenza per Vendramini 1792. —— Versio fida et elegans appellatur.

1793, 4. —— V. supra I. V. 1790 et 1801.

1794, 8. — trad. in versi sciolti dall' Ab. Andrea Rubbi. —— V. Parnaso de' poeti classici. (Venezia per Zatta) Tom. X

1794, f., 4, et 8. Ero e Leandro, poema del March. Niccolò Viviani, patrizio fiorentino. Parma per Bodoni. —— Non versio est, sed imitatio carminis Musaei, facta in „ottava rima", quod dicitur. Rep. 1801.

1795, 4. — trad. in ottave dal Conte Galeazzo Maldura, e pubblic. in occasione delle nozze Rio e Lazzara. Nell' aprile del 1795 per le stampe del Seminario di Padova.

1797, 12. — trad. in ottave da Paolo Luigi Raby. —— In: Poemetti Italiani. (Torino) Vol. XII.

1801, 12. — Parigi, Renouard. —— V. 1793 et 1794.

1802, 8. Ero e Leandro, poemetto di Temira Parraside. Parma per Bodoni. —— Imitatio est, quam feminae Fortunata Fantastici composuit.

1810, 8. — trad. in isciolti da Alessandro Mortara. Bologna per Bettoni. —— Versio accurate textui graeco accommodata est. Nonnulla etiam de Musaeo Grammatico praemissa sunt.

1811, 8. —— V. supra I.

1816, 8. — trad. in isciolti da R(occhetti). —— In: Spettatore Italiano Tom. VIII. fasc. 617 sqq. Haec versio deinde iterum edita est in: Poligrafo dal Cav. Lamberti.

1817, 8. — trad. da due volgarizzatori (E. R.) —— In: Scelta di poesie tratte in volgare dal greco. Torino per Pomba.

1828, — 1832. —— V. supra I.

E. anglicarum.

1598, 4. Hero and Leander. By Christopher Marloe (etiam *Marlowe*). London printed by Adam Islip, for Edward Blunt 1598. —— In hac editione singulae partes versionis non distinctae sunt, et versio ipsa non totum poema continet, sed eam tantum partem, quae inscribitur „the Sestiad." Rep. 1600.

1598, 4. The second Part of the Loves of Hero and Leander by Hen. Petove. 1598. —— Est supplementum versionis Marlovii.

1600, 8 sive 4. — London, printed for John Flashet 1600. —— De huius libri forma bibliographi Anglorum recentes nihil statuunt, ut ex notitia patet, quam *W. Th. Lowndes* in: The Bibliographer's Manual P. XI. (Lond. 1830, 8) p. 1215 dedit. *V.* 1600.

1606, 4. Hero and Leander, begunne by Christopher Marloe and finished by George Chapman. London. —— 96 pp. Pretium libri est 9 *L.* 9 *sh.* — 15 *L.* Rep. 1609.

1609, 4. — London. —— Pretium est 4 *sh.* 6 *d.* — 17 *sh.* V. 1606 et 1629.

1629, 4. — London. —— 17 *sh.* V. 1609 et 1637.

1637, 4. — London. —— 80 pp. Liber constat 3 *L.* 13 *sh.* 6 *d.* et 4 *L.* 4 *sh.*

1645, 4. The Loves of Hero and Leander, a Greek Poem written originally by Musaeus, translated into English Verse, with Annotations upon the Original, by Sir Rob. Stapylton Knight. Oxford. —— Rep. 1647.

1647, 8. — London. —— *V.* 1645.

1682, 4. Two Essays: The former, OVID de arte amandi, or the Art of Love: the first Book. The latter, Hero and Leander of MUSAEUS from the Greek by Thomas Hoy. London.

1685, 8. —— In *Behnii* Miscellany. London.

1716, 8. Hero and Leander, a Poem (of Musaeus), translated from the Greek, by Lawrence Eusden. —— In *Drydenii* Miscellany Poems. (Lond.) Vol. VI. p. 266 sqq. Rep. 1750.

1721, 8. — by Lewis Theobald. —— In: The Grove. Lond.

1728, 12. The Loves of Hero and Leander, from the Greek of Musaeus, translated into English by Stirling. London. —— Rep. 1734.

1734, 8. —— In James Stirlingii Poetical Works. Dublin. *V.* 1728.

1736, 8. —— In Miscellany of new Poems on several occasions, by R. Luck. Lond.

1747, 8. The loves of Hero and Leander; a poetical translation from the Greek of Musaeus. By G. Bally. Lond., Owen. —— Rep. 1747.

1747, 8. — by G. Bally. Cambridge. —— *V.* 1747.

1750, 8. Hero and Leander, translated by the Rev. Lawrence Eusden. Glasgow. —— *V.* 1716.

1753, 4. The Loves of Hero and Leander: a poetical Translation from the Greek of Musaeus, by J. Slade. London. —— 2 *sh.* 6 *d.*

1760, 12. — transl. by Francis Fawkes. —— *V.* eius versionem Anacreontis. *V.* ib. II. E. Aa).

1774, 4. Hero and Leander; a Poem from the Greek of Musaeus (*by E. B. Greene*). London, Ridley. —— 2 *sh.*

...., 8. — by Russell. —— In *Fenton's* Oxford and Cambridge Miscellany.

1795, 8. — transl. by James Graeme. —— In *Anderson's* British Poets. (Lond.) Vol. XI. Etiam in *Graemii* Works.

1797, 4. —— *V.* supra I.

1802, 8. —— In *Morritti* Miscellaneous Translations. Lond.

1822, 8. Hero and Leander, a Tale. Translated from the Greek of the ancient Poet Musaeus. With other Poems. By Francis Adam, Surgeon. London. —— 50 pp.

F. suecicarum.

1772, 8. Inträdes Tal uti Kongl. Vetenskaps Academien, af Abbé Michelessi, innehällande anmärkningar öfver Svenska Språket jemte dess öfversättning af Musaei Skaldedikt och Ovidii Bref om Leander och Hero. Stockholm, hos H. Fougt. 1772. —— Est prima versio suecica, soluta oratione ab Italico Abbate Michelessi composita. Deinde *Regnér* poema vertit ligata oratione in opere suo: Försök till metriske öfversättningar från forntidens Skalder; quod iterum edidit retractatum in prima parte collectionis inscr.: Gustaf Regnérs Vitterhets-nöjen.

1824, 8. —— *V.* supra I.

III. *Illustrantia Musaeum scripta.*

Steph. *Bergleri* Notae in Musaeum. Hal. 1721, 8.

J. Ben. *Carpzovii* Observationes in Musaeum. —— *V.* eius Observationes in Palaephatum, p. 107 sqq.

Castone Conte della Torre di Rezzonico: Dissertazione intorno al poemetto di Museo. —— *V.* eius: Opere, pubblicate dal Mocchetti. (Como, per Ostinelli. 1815, 8) Vol. II.

F. *Gräfe*: —— *V.* supra Coluthus. III.

C. F. *Heinrich*: Spec. animadversionum in Musaei Carmen de Herone et Leandro. Gotting., 1792, 8. —— 24 pp. Haec laudanda scriptio rep. legitur in Neues Magazin für Schullehrer, I. 2. p. 365—381.

C. F. *Hindenburgii* Spec. Animadversionum philologico-criticarum in Musaeum. Lips. 1763, 4. —— *Hindenburgius* primum impugnat sententiam Scaligeri, qui auctorem huius carminis Musaeum, illum antiquissimum poetam, et non serioris temporis grammaticum habet; deinde plures locos obscuros poematis acute illustrat.

J. H. *Kromeyer*: De Musaeo grammatico. Jenae, 1718, 4.

Nic. *Mahudel*: Reflexions critiques sur l'histoire d'Héro et Leandre. —— *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. VII. Hist. p. 74 sqq.; ed. oct. T. IV. Hist. p. 115 sqq., et in *Gottschedii* Versione german. T. IV. p. 382 sqq.

L. *de la Nauze*: Remarques sur l'histoire d'Hero et de Leandre. —— *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. VII. Mém. p. 240; ed. oct. T. X. Mém. p. 378 sqq.

I. *Schraderi* Spec. Animadversionum in Musaeum. Lips. 1763, 4.

J. *Weitz*: Notae in Musaeum, una cum indice conscriptae. Ambergae ex officina typograph. Schoenfeld. 1613, 12. —— Hae notae more Barthii, multa mala paucis bonis mixta, sunt compositae.

MUSONIUS.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 566.

I. *Textus fragmentorum.*

1) Epistola.

1499, f. Musonii Epistola, Graece. —— In *Aldi* collectione Epistolarum graecarum. Vol. II.

1606, f. — gr. et lat. —— In Collectione Epistolarum graec. Aurel. Allobr.

2) Fragmenta philosophica.

1809, 8. Musonii Anecdota. *Μουσωνιου ἐκ του, εἰ παραπλησιως παιδευτεον τας θυγατερας τοις υἱοις. Μουσωνιου ἐκ τοι*

ἐπι και γυναιξι φιλοσοφητεον. Μουσωνιου ἐκ του, ὁτι οὐ δει πολλαις ἀποδειξεσι προς ἐν πραγμα χρησθαι. Λυκιου ἐκ των Μουσωνιου. ποτερον ἰσχυροτερον, ἐθος ἡ λογος. —— In (*Wyttenbachii*) Φιλομαθιας Lib. I. p. 156—163, 163—167; Lib. II. p. 1—24. Ecloga, quam ex cod. Florent. primus edidit Wyttenbachius in Philomathia lib. II., nunc legitur etiam in Appendice Stobaei Gaisfordiani p. 15 sqq.

1822, 8 mai. C. Musonii Rufi Philosophi Stoici, Reliquiae et Apophthegmata edidit J. Venhuizen Peerlkamp. Harlemi, ap. viduam Adr. Loosjes. —— XXIV, 822 pp. 4 *Th*. In hoc libello Niewlandii dissertatio, adhibitis etiam eiusdem manuscriptis relictis, repetita legitur. Conf. Annal. Heidelberg. 1824, p. 856—879.

II. *Versiones fragmentorum.*

germanicae.

1811, 8. Vier bisher ungedruckte Fragmente des stoischen Philosophen Musonius. Zum erstenmal aus d. Griech. übersetzt, mit einer Einleitung über sein Leben und seine Philosophie von G. H. Moser. Mit einer Nachschrift von F. Creuzer. —— V. *Daubii* et *Creuzeri* Studien, Tom. VI. p. 74—132.

III. *Illustrantia Musonium scripta.*

Leveque *de Burigny*: Mémoire sur le philosophe Cajus Musonius Rufus. —— *V.* Mem. de l'Acad. des Inscr. T. XXXI. p. 131 sqq. Haec dissertatio germanice versa legitur in *Hissmanni* Magazin für Philosophie Vol. IV. p. 287 sqq.

Arn. Herm. L. *Heeren*: De Musonio Rufo. —— *V.* eius Commentationem de fontibus eclogarum Stobaei, adiectam eiusdem editioni Ioannis Stobaei P. II. Tom. II. p. 205 sq.

F. *Jacobs*: Musonii loca aliquot illustrantur et emendantur. —— *V.* eius Lectiones Stobenses. (Jenae 1827, 8) p. 21 sq. 23. 38 sq. al. *V.* etiam eiusdem Chrestomathiam ex philosophis contextam, cui titulus est: *Socrates* cap. XII. p. 304. 310 sq. 315.

Pet. *Niewland*: Dissertatio philosophico-critica de Musonio Rufo, Philosopho Stoico, quam praeside Dan. Wyttenbachio, ad publ. disceptationem proponit. Amstelaedami. 1783, 4. —— 50 pp. Peerlkamp.

MYRO s. MOERO.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 586 sq.; *ed. n.* T. II. p. 131 sq.

Fragmenta.

1568, 8. Myronis fragmenta, graece. —— V. *Fulvii Ursini* Carmina Novem illustrium feminarum. (Antverp. ex offic. Chph. Plantini) p. 41 sqq.

1735, 4 mai. Myronis fragmenta, et quae veteres de illa prodiderunt, collegit atque interpretatus est J. Ch. Wolf. —— *V.* eius: Poetriarum octo fragmenta et elogia. (Hamb., ap. Abr. Vandenhoeck) p. 26—37.

1772, 8. Myronis epigrammata duo, graece. —— In *Brunckii* Analectis. T. I. p. 202.

1787, 8. Drei Gedichte der Myro, metr. übers. und erläutert von Wahl. —— *V.* eius Magazin für alte, besonders morgenländische und bibl. Litt. (Cassel) P. I. no. 1.

1794, 8. Myronis epigrammata duo, graece. —— In *Jacobsii* Anthologia T. I. p. 135. Et v. eius Animadversiones in epigrammata Anthologiae Vol. XIII. p. 920.

1802, 8. Myronis fragmenta, graece et notis illustrata. —— In *A. Schneideri* Μουσων Ἀνθη. (Giessae) p. 207 sqq. *V.* etiam *C. A. Boettigeri* Amalthea Vol. I. p. 23.

1826, 8. Myrus, graecae poetriae, Epigrammata et Mnemosyne. Progr. II. Upsal. —— Myrus epigrammata duo germanice versa *F. Grillo* addidit versioni suae Bionis et Moschi a. 1767 editae.

MYRINUS.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 721; *ed. n.* T. IV. p. 483.

1773, 8. Myrini epigrammata quatuor, graece. —— In *Brunckii* Analectis T. II p. 107.

1794, 8. —— In *F. Jacobsii* Anthologia graeca. T. II. p. 93 sq. *V.* eius Animadversiones in epigrammata Anthologiae Vol. XIII. p. 919 sq., ubi Reiskii coniectura de nomine refutatur; is enim in Notitia epigrammat. p. 247 sq. non Μυρινος, sed Μυρηνας nomen esse existimabat.

MYRTILUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 776; *ed. n.* T. II. p. 471.

A. *Meineke*: De Myrtilo, comico poeta. —— *V.* eius Spec. I. Quaestionum scenicarum. (Berol. 1826, 4) p. 32 sq.

MYRTIS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 587 sq.; *ed. n.* T. II. p. 133.

J. Ch. *Wolf*: De Myrti Anthedonia, poeta femina. —— *V.* eius Poetriarum octo graec. fragmenta p. 38 sq. Conf. ib. *Cf. Olearii* dissert. de poetriis gr. §. L.

NAUMACHIUS.

Fabr. B. Gr. ed. Harles. T. I. p. 727.

1547, 8. Naumachii Fragmentum de institutione puellae, graece et latine. —— —— In libro inscr.: Familiarium colloquiorum Formulae. Antverp., in aedibus Joannis Steelsii, typis Joan. Graphei. M. D. XLVII.

1564, 8. — graece et latine. —— Inter Vetustissimorum Poetarum Opera sententiosa. Antverp.

1566, f. — graece. —— Inter Poetas graecos principes heroici carminis, ab H. Stephano editos. Paris.

1576, — 1583, 8. —— Cum Theognide, aliisque edid. Iac. Hertel.

1579, 8. —— Cum Theocrito. Paris.

1606, f. —— In *Jacobi Lectii* Corpore Poetarum T. II.

1778, 8. *Ναυμαχιου γαμικα παραγγελματα*, collegit ex Ioannis Stob. florilegiis et disposuit Rich. Fr. Ph. Brunck. —— *V.* eius Poetas Gnomicos. (Argent.) p. 122 sqq. Rep. 1817.

1815, 12. —— *V.* ib. (Lips., Tauchnitz) p. 98 sqq.

1817, 8. —— *V.* ib. (Lips., Weigel.) p. 72 sqq.

1817, 8. —— *V.* ib. Lips., Ger. Fleischer.

1814, — 1823, 8. — edidit Th. Gaisford. —— *V.* eius Poetas min. graecos. (Oxon.) T. I.; rep. (Lips. 1823) T. III. p. 261—264.

1823, 32. —— Inter *J. Fr. Boissonadii* Poetas graecos gnom. (Paris., Lefevre) p. 145—150.

NEARCHUS.

Fabr. B. Gr. ed. Harles. T. III. p. 46. V. p. 100.

I. *Editiones textus.*

1698, 8. Nearchi paraplus ex Arriani Indicis. Graece et latine, Bonav. Vulcanio interprete, cum praefixa dissertatione H. Dodwelli de Nearchi Paraplo et brevibus notis J. Hudsoni. —— Inter *I. Hudsoni* Geographos minores graec. (Oxon.) T. I.

1798, 8. —— *V.* Arrianus. I. Cc) 3).

1806, 8 mai. *Νεαρχου περιπλους εκ του Αρριανου.* Graece cum notis. —— In: *Συλλογη των ἐν ἐπιτομῃ τοις παλαι γεωγραφηθεντων.* (*Ἐν Βιεννῃ της Αὐςριας*) Vol. I. p. 335—373.

1809, 4. The Voyage of Nearchus and the Periplus of the Erythrean Sea, translated from the Greek (with the text greek) by William Vincent. Oxford.

II. *Editiones versionum.*

A. germanicarum.

1764, 8 mai. —— *V.* Arrianus. II. B. Bb) 3).

B. gallicarum.

1790, 4. — 1800, 8. —— *V.* Arrianus. II. C. 2).

C. italicarum.

1558 sqq. —— *V.* Arrianus. II. D. Bb) 2).

D. anglicarum.

1797, 4 mai. —— *V.* Arrianus. II. E. 3).

NEMESIUS Emesenus.

Fabr. B. Gr. T. VII. p. 549 sqq.; *ed. n.* T. VIII. p. 448 sqq.

I. *Editiones textus.*

1565, 8. *ΝΕΜΕΣΙΟΥ επισκοπου και φιλοσοφου περι φυσεως ανθρωπου, βιβλιον εν.* NEMESII episcopi et philosophi de natura hominis, Lib. unus, Nunc primum & in lucem editus, & Latine conuersus à Nicasio Ellebodio Casletano.

Antuerpiae, Ex officina Christophori Plantini, M.D.LXV. —— 181 pp., 5 ff., 142 pp. Haec editio textus princeps novam quidem Ellebodii, eamque meliorem et Georgii Vallae longe superantem versionem continet, sed textus vel operarum vel correctoris incuria e duobus codicibus valde corruptis, quos editor adhibuit, adeo vitiose typis expressus est, ut periodi sint omissae, nonnulla loca bis excusa, nonnullaque transposita. Ceterum variantes lectiones, certe notabiliores, margini editionis adiectae sunt. *Matthaei* in praefatione sua p. 8 de hac editione adnotat haec: „Huius editionis exempla vidi duplicis generis, quae hoc solo inter se differunt, quod pagina 181 exempla, ut videtur, prius expressa, post finem orationis graecae solum paginarum *custodem*, ut vocant, habent, nimirum hunc M 3. In exemplis autem aliquantulum post expressis, omisso isto custode, continuo post vocabulum Τέλος notati sunt errores typothetae, quos in hac editione tacite correxi." Duae posteriores editiones ex hac editione expressae sunt. Bibl. acad. et sen. Lips.

1624, f. — graece et latine. —— In *Front. Ducaei* Bibl. PP. (Paris.) T. II. p. 466 sqq.

1654, f. — graece et latine. —— In *Morellii* Bibl. PP. (Paris.) T. XII. p. 708 sqq.

1671, 8. *ΝΕΜΕΣΙΟΥ Φιλοσοφȣ και Επισκοπȣ περι φυσεως ανϑρωπου Βιβλιον ἑν.* NEMESII Philosophi & Episcopi de natura hominis Liber unus, denuo recognitus, & Manuscriptorum Codicum collatione in integrum restitutus, Annotationibusque insuper illustratus. Oxonii, E Theatro Sheldoniano, Anno Dom. MDCLXXI. —— 8 ff. praefixa, 345 pp., 2 ff., 50 pp.: Annotationes. In textu edendo adhibiti sunt duo codices msti; sed pauca tantum editor, qui *Ioannes Fell* fortasse fuit, discedens ab Ellebodii editione emendavit. Ellebodii versio latina adiecta est. Extant exx. etiam in ch. crassa. *Matthaei* in praefatione sua p. 8 sq. de hac editione indicat: „Qui contulerit hanc editionem a pag. 82 et Ellebodii a p. 50, is inveniet, paginas utriusque editionis ab hoc loco ad finem convenire etiam in numero vocabulorum. Variantes lectiones editionis Antverpiensis prorsus neglexit, quod non debebat fieri. Ipse duos Codices Oxonienses adhibuit, quos tamen octies tolum, quasi obiter laudavit. Versionem Latinam Ellebodii pluribus in locis ac plerumque temere mutavit, nec ea de re lectores admonuit. Praeterea in fine animadversiones nonnullas adjecit, in quibus fere notavit auctores a Nemesio laudatos. Singularia omnia hujus editionis suis lociis indicavi in notis." Bibl. acad. Lips.

1788, f. — graece et latine. —— In *Gallandii* Bibl. PP. (Venet.) Vol. VII. p. 351 sqq.

1802, 8. Nemesius Emesenus de natura hominis graece et latine. Post editionem Antverpiensem et Oxoniensem, adhibitis tribus codd. Augustanis, duobus Dresdensibus, totidemque Monacensibus, nec non duabus vetustis versionibus latinis, Cononis et Vallae, denuo multo, quam antea, emendatius edidit et animadversiones adjecit Ch. F. Matthaei. Hal. Magd., apud J. Jac. Gebauer. MDCCCII. —— 410, 128 pp. 3 *Th.* Finita editoris praefatione exhibentur praefationes editionis Antverpiensis et Oxoniensis, quarum prior graece scripta est, deinde Notitia litteraria ex Fabricii Bibl. graeca Vol. VII. p. 549 sqq. Textui graeco subiectae sunt variae lectiones notaeque criticae. P. 369 sqq. leguntur: Supplementa variarum lectionum ad p. 15 sqq. edit. Antverp.; p. 371 sqq.: Annotationes editoris Oxoniensis in Nemesium; postremum locum habent: Addenda in editione Halensi. Pag. 1—120 legitur versio latina; p. 121 sqq. indices; p. 125 sqq. collatio numerorum paginarum in editionibus Antverp. et Oxon. Matthaei autem in suum usum convertere neglexit varias lectiones codicis msti, quas d'Orvillius in sua editione Charitonis protulit. Praeterea codices Paris., nondum adhibiti, editori futuro multa praeberent.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1512, f. — latine, interprete Ioanne Conone. —— In eiusdem versione Gregorii Nysseni operum. Argent. *V.* ib. II. A. Bb). Alia versio, quam Rich. Burgundio Pisanus conscripsit, lucem non vidit, ut Matthaei suspicatus est.

1538, 4. NEMESII Philosophi clarissimi de natura hominis liber utilissimus. Georgio Valla Placentino interprete. Lugduni apud Seb. Gryphium, 1538. —— 188 pp. et 2 ff. De hac versione iudicium Ellebodii, quod in praefatione sua protulit, hoc est: „ὁ μέντοι πρώην τὸ βιβλίον εἰς τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον μετενεγκεῖν ἐγχειρήσας, Γεώργιος ὁ Βάλλης, οὐ μᾶλλον ἡρμήνευσεν ἢ συνέχεε καὶ κατήσχυνε τὸν φιλόσοφον, καϑ' ἑκάστην σχεδὸν περίοδον τῆς τοῦ Νεμεσίου διανοίας ἀποπίπτων, κἂν τοῖς κατη-

μαξευμένοις τουτοισὶ τῶν λέξεων σχήμασιν ὑπ' ἀμαθείας γελοίως ἀπαλλάττων." Ceterum hanc Vallae versionem Gaudentius Merula publicavit.

1677, f. — latine. —— In Bibl. PP. Max. (Lugd.) T. VIII. p. 618—649.

B. germanicarum.

Aa) *Opus integrum.*

1819, 8. Nemesius von der Natur des Menschen, aus dem Griech., mit Berichtigungen von Osterhammer. Salzburg, Duyle. —— 4 *Gr.* Adiecit interpres commentarium.

Bb) *Delectus.*

1791, 8. Von der Freiheit; aus dem Griechischen des Nemesius, übers. von G. G. Fülleborn. —— *V.* eius Beiträge zur Geschichte der Philosophie. (Züllichau) P. I. p. 84—90.

III. *Illustrantia Nemesium scripta.*

Seybold: Notae in Nemesium. —— *V.* in Allgem. Litterar. Anzeiger. 1801. no. 6. p. 54 sq.

NEOPHRON.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 684 sq.; *ed. n.* T. II. p. 312.

1825, 8. Neophronis, tragici poetae graeci, fragmenta collegit M. Runkel. —— In *Seebodii* Archiv fasc. IV. p. 682—685.

NESTOR Larandensis.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 721; *ed. n.* T. IV. p. 483 sq.

1773, 8. Nestoris Larandensis epigrammata IV, graece. —— In *Brunckii* Analectis. T. II. p. 344. T. III. p. 146.

1794, 8. —— In *F. Jacobsii* Anthologia. T. III. p. 54. Conf. *ib.* T. XIII. p. 921. *V.* etiam *Schneideri* Periculum crit. p. 11 sq. et *Merrickium* ad Tryphiodorum p. XXX sq.

NESTORIUS episcopus CPolitanus.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 233 sqq.; *ed. n.* T. X. p. 529 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera, quae supersunt.*

1673, f. Nestoris archiepiscopi Constantinopolitani Opera omnia integra atque fragmenta, quae supersunt, latine vertit Marius Mercator, Graeca etiam, quae supersunt, praesertim in Cyrilli operibus collegit, atque omnia commentariis et commentationibus instructa edidit J. Garnerius. —— *V.* eius Opera, edente J. Garnerio. (Paris., Apud Seb. Mabre-Cramoisy. M. DC. LXXIII.) P. I. II.

Bb) *Plura opera.*

1591, 8. *Επιςολη Νεστοριου προς Κυριλλον τον αλεξανδρειας διαλαμπωνος πρεσβυτερω και μοναζοντος. Επιστολη Νεστοριου προς τον παπαν. Κυριλλον. Αναφορα Νεστοριου και των συν αὐτῳ ἐπισκοπων προς τον βασιλεα, περι των πεπραγμενων τῃ ἁγιᾳ συνοδῳ, γραφεισα προ τȣ παραγενεσθαι ἐν ἐφεσῳ τον ἀντιοχειας ἐπισκοπον.* Graece. —— *V.* Acta oecumenicae tertiae Synodi Ephesi habitae. (E Typographeio Hieronymi Commelini, CIↃIↃXCI.) p. 11. 75 sqq. 145 sq.

1618, f. Nestorii Opuscula quaedam. —— In *Sev. Binii* collectione Conciliorum T. I. P. I. Ephes.

1644, f. —— In Collectione Conciliorum. (Paris.) T. V. VI.

1671, f. —— In *Labbei* et *Cossartii* Collectione Conciliorum. T. III.

1715, f. —— In *Harduini* collectione Conciliorum. T. I.

1760, f. —— In *J. Dm. Mansi* collectione Conciliorum. T. IV. V. VI. (p. 889). IX. (p. 271).

II. *Editiones versionum.*

1721, f. Nestorii arch. Constantinop. epistolae tres ad Constantinum, quae latine tantum extant, praemisso prooemio et cum notis. —— Inter Epistolas Pontificum Roman. editas cura Pet. Constanti. (Paris.) T. I. p. 1075 sqq. p. 1147.

III. *Illustrantia Nestorium scripta.*

Georgii *Calixti* dissertatio de haeresi Nestoriana, eiusque opposito Concilio Ephesino. Helmst. 1640, 4. —— Rep. in eiusdem De persona Christi, Domini et Servatoris nostri programmatum et dissertationum fasciculo. (Helmst. 1663, 8) p. 23 sqq.

Abr. *Calovii* Exercitatio de Nestorianismo antiquo et novo. Defendet respondente *Sim. F. Wolfharto.* Witteb. 1681, 4. —— Wolfhartus a. 1683 defensionem exercitationis edidit adversus I. Simonem.

La Croze: De loco, excerpto ex expositione fidei, inter Opera Iustini Martyris p. 177 sqq. edita. —— *V.* Thesaurum epist. Lacrozianum T. III. p. 178 sqq.

Gu. *Cave*: De Nestorio eiusque scriptis. —— *V.* eius Historiam eccles. scriptorum eccles. T. I. p. 412 sqq.

L. *Doucin*: Histoire du Nestorianisme en VI livres, avec des remarques sur les Auteurs anciens et modernes qui en ont traité. à Roterdam 1698, 4; à Utrecht 1716, 4. *Postea accesserunt*: Addition à l'Histoire du Nestorianisme. Paris. *s. a.* *solitia.* *Deinde*: Specimen observationum ad Nestorianam historiam. Paris. 1698, 12.

J. Sim. *Franci* De Nestorio disputationes III. Witteb. 1670, 4.

1513, f. *ἉΠΑΝΤΑ ΤΑ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.* OMNIA PLATONIS OPERA. *Infra Aldi insigne typogr.* (*Ancora cum delphino*) *inscr.*: ALDVS || M. R. *In fine partis posterioris p.* 439 *leguntur haec: ΤΕΛΟΣ. Ἐνετιησιν ἐτυπωθη, παρα τοις περι τον Ἀλδον, παλαιοις τισι και ἀξιοπιςοις κεχρημενον ἀντιγραφοις. χιλιοςῳ πενταχοσιοςῳ τρισκαιδεκατῳ ἀπο της θεογονιας ἐνιαυτῳ. Καθ' ὀν ἸΩΑΝΝΗΣ ΜΕΔΙΚΕΥΣ Ὁ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΥ Καλου πατρος καλος ὑιος, της ἀκρασ δη και παντοκρατορικης ἀρχιερατειασ ἀξιωθεις ἐν ῥωμῃ, Λεων μετωνομασθη δεκατος. ᾧ πας ὁ χριςωνυμος λεως ἀνδρεσ, γυναικες, παιδες, γεροντες βιον πολυετη και παντα συνευχονται τ' ἀγαθα. παντες γαρ ἐλπιζουσιν αὐτον, εἰρηνοποιον μεν, και πολεμων οἱς νυν ἀπαντα πυρπολειται κατασβεςηρα. της δ' ἀληθινης παιδειασ και των ἑλληνικων λογων ἀνακαινιςην και της μεν ἰταλιασ νοσουσης και ςασιαζουσης ἰατρον αὐτης δε της ἑλλαδος, παλαι καταδεδουλωμενης, ἐλευθερωτην, και ὁλως του βιου των ἀνθρωπων εὐεργετην ἐσεσθαι και διορθωτην.* 1 2 a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z aa bb cc dd ee ff gg hh ii. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE. Omnes quaterniones praeter 2 & ii & EE duerniones. — VENETIIS IN AEDIB ALDI, ET ANDREAE SOCERI MENSE SEPTEMBRI. M. D. XIII. *Pag. versa habet insigne Aldi typ., ut in fronte conspicitur.* — 16 *ff.* praefixa, quorum ult. vacat. In praefatione, quae *f.* 2 et 3 implet, legitur *f.* 3 *a*: — est Musurus Cretēsis, magno uir iudicio, magna doctrina, qui hos Platonis libros accurate recognouit cum antiquissimis cōfereus exēplaribus, ut unà mecū, quod semper facit, multum adiumēti afferret & graecis, & nostris hoībus. ...“ *F.* 3 *b* habetur: Index Librorum Platonis per nouem quaternitates secundum Thrasyllum. *F.* 4 et 5 Musuri carmen graecum in Platonem. *F.* 6: *Πιναξ των πλατωνος διαλογων.* Reliqua *ff.* occupat *Πλατωνος βιος κατα Λαερτιον διογενη.* 502 pp., 1 vac. *f.*; 439 pp. *Fischer* in editione tertia Euthyphronis aliorumque dialogorum (a. 1783) p. 15 sq. dicit haec: „Comprehendit autem haec, de qua quaerimus, editio, praeter genuinos Platonis Dialogos omnes, quos Aldus, Thrasylli, imperatoris Tiberii familiaris, apud Laërtium (lib. 3, 58—60. 9, 45) auctoritate, in classes nouem, quarum singulae quaternos Dialogos continerent, descripsit, septem quoque spurios, in his Axiochum nuper separatim a nobis editum, Definitiones item, atque tredecim Epistolas: sed ipsorum Dialogorum Corpori praemissa est Musuri Elegia Graeca in Platonem, eiusque Vita, auctore Diogene Laërtio.“ *Routh* docet de editione Aldina in praefatione ad suam editionem dialogorum Euthydemi et Gorgiae p. 1 haec: „Haec editio, ex *antiquissimis* exemplaribus et magna cum fide, ut satis compertum habui, expressa, caeterarum fundus est praecipuus “ Haec tituli notitia multo accuratior est, quam ea, quam in Dibdini carissimo libro: Bibliotheca Spenceriana (London 1814, 8 mai.) Vol. II. p. 239—241 inveni. *Schneiderus* etiam accuratam tituli notitiam et subscriptionem in praefatione ad suae editionis Vol. I. p. XXXVII sq. dedit, at semper ς mutavit in στ, et in verborum fine ς pro σ posuit. Adiungenda deinde duxi, quae *Renouard* in libro suo: Annales de l'imprimerie des Aldes (Paris 1825, 8) Vol. I. p. 149 docet: „On connoît de ce Platon deux exemplaires sur vélin, dont un est à Glasgow, dans la Bibliothèque léguée par le docteur Hunter, sur laquelle on peut lire la notice descriptive publiée en 1813: *Capt. J. Laskey's general Account of the Hunterian Museum.* Glasgow, 1813, 8°. L'autre est à Londres, dans la Bibliothèque de Westminster Abbey, mais il y manque les neuf feuillets de la Vie de Platon.“ Plura scribere non iuvat.

1534, f. *ἉΠΑΝΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΜΕΘ' ὙΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΠΡΟΚΛΟΥ*

ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΙΜΑΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΑ ΠΟΛΙΤΙΚΑ, ΘΗΣΑΥΡΟΥ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ ΜΕΓΙΣΤΟΥ. PLATONIS OMNIA OPERA CVM COMMENTARIIS PROCLI IN Timaeum & Politica thesauro ueteris Philosophiae maximo. *Προστεθειται δε και εἰς τα τȣ Πλατωνος ἁπαντα, γνωμων και ὀνοματων ἀξιομνημονευτων, Ἐλεγχος.* Adiectus etiam est in Platonis omnia, sententiarum & uerborum memorabilium, Index. BASILEAE APVD IOAN. VALDERVM MENSE MARTIO, ANNO M. D. XXXIIII. *II Partt.* — *Pars II. habet singularem titulum hunc: Εἰς τον του Πλατωνος Τιμαιον υπομνηματων Προκλου ΒιΒ. ε. απασης φιλοσοφιας της παλαιας θησαυρος. και εις την του αυτου Πολιτικην· χαλεποτερων ζητηματων απαντων ἐξηγησις. ἐργον υπεροχον.* IN PLATONIS TIMAEON Commentariorum PROCLI libri quinq;, totius ueteris Philosophiae thesaurus, ET IN EIVSDEM POLITICEN difficiliorum quaestionum omnium enarratio. Opus excellens. *In fine Procli: Ἐτυπωθη ἐν Βασιλειᾳ ἀναλωμασι και ἐπιμελειᾳ Ἰωαννȣ Βαλδερȣ ἐτει τῳ ἀπ' της ἐνσαρκου οἰκονομιας τȣ κυριȣ ἡμων Ἰησȣ Χριςȣ, Χιλιοςῳ πεντακοσιοςῳ τριακοςῳ τεταρτῳ, θαργηλιωνος τριακαιδεκατῃ.* — 38 *ff.* praefixa, 690 pp, et 1 vac. *f.*, Procli commentarii, qui nonnunquam desiderantur in exemplaribus, sub eo singulari titulo, quem adnotavi, implent 455 pp. Bibl. acad. Lips. *Fischer* in editione tertia dialogorum Euthyphronis aliorumque (a. 1783) p. 16 dicit: „Ex ... Aldina editione emanauit ferme tota Basileensis, ... Praefuit editioni maxime Iohannes Oporinus, quem utriusque linguae peritissimum iuuenem Grynaeus in epistola ad Iohannem Morum ostendit a se impulsum esse, ut libros Platonis diligenter recognosceret et castigaret. Qui etsi ad eam rem nullis instructi Codicibus scriptis accessere; quae etiam caussa est, cur in numero editionum illam principum non habendam censeamus: tamen feliciter multis in locis, atque egregie, emendarunt, sustuleruntque menda et vitia Aldini exempli, sed ita, ut manus eorum sanandi nimis cupidae interdum etiam locos sanos atque integros corruperint. Quod vero magnam peccatorum partem intactam reliquerunt, hoc quidem ignosci illis eo magis potest, et debet, quum etiam alia sint, quae faciant, ut haec Valderiana editio sit Aldinae multum anteponenda. Etenim primo quidem adiectus est, praeter vitam Platonis e Laërtio, Elegiamque Musuri Graecam, Index Graecus triplex, verborum sententiarumque primus, secundus nominum propriorum personarum, locorumque, tertius prouerbiorum, quae apud Platonem leguntur. Quod quidem institutum quanquam non dubito quin leue imperitis, et vix dignum commemoratione, videatur: tamen non poterit, scio, laudari satis ab iis, qui, quanta saepe Indicum bonorum sit utilitas in interpretatione ipsorum scriptorum, usu diuturno didicerim. Sed est alia quoque, eademque aliquanto maior, Valderianae editionis dos. Accesserunt enim Procli, doctissimi philosophi, in Timaeum et Politicen Platonis copiosi, luculentique, Commentarii, quos in bibliothecis Oxoniensibus reperat Grynaeus, ...“ *Routh* autem in praefatione ad Euthydemum et Gorgiam p. 1 sq. dicit: „Proxima post Aldinam est Editio Basileensis Prior, anno ejusdem saeculi tricesimo quarto a Joan. Valdero impressa, curata autem praecipue a Joanne Oporino, qui postea linguae Graecae in Academia Basileensi Professor doctrina simul et arte typographica inclaruit. In hac editione multa Aldini exempli menda manifestiora tolluntur; loca aliquot critices opus requirentia in melius ordinantur; alia contra ex sanis corrumpuntur. Cum vero nullum codicem adhibuisse videtur Oporinus, eo minorem auctoritatem vindicare potest ejus editio, neque inter fontes antiquae lectionis habenda est. Comitantur eam Procli Commentarii in Timaeum et Politica Platonis, quos ante reperat Simon Grynaeus in nostrae hujus Academiae [Oxon.] bibliothecis, uti ipse in epistola praemissa editioni testatur.“ *Stallbaumius* in prolegomenis praefixis dialogis Platonis selectis, Vol. I. Sect. I. p. XLVII. eodem modo iudicat: „Ducta est [Basileensis editio] ex Aldino exemplo, multis tamen locis mutatis, passim etiam corruptis.“

1556, f. *ΑΠΑΝΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΠΡΟΣ ΤΑ ΠΑΛΑΙΟΤΑΤΑ ΑΡΧΕΤΥΠΑ ΜΕΤΑ ΠΑΣΗΣ ΑΚΡΙβειας ἐπανορθωμενα.* PLATONIS OMNIA OPERA, EX VETVSTISSIMORVM EXEMPLARIVM collatione multo nunc quam antea emendatiora. *Προσεστι και εις τα τȣ Πλατωνος ἁπαντα, γνωμων τε και ὀνοματων ἀξιομνημονευτων Ἐλεγχος.* Praeterea in Platonis omnia, sententiarum & uerborum memorabilium INDEX. Cum Caes. Maiestatis gratia & priuilegio. ***BASILEAE, APVD HENRICVM PETRI.*** *In fine*: BASILEAE, PER HENRICVM PETRVM, ANNO SALVTIS HVMANAE M.D.LVI. Mense Martio. — 6 *ff.* praefixa, 690 pp., et 23 *ff.*: *εἰς τα του*

Πλατωνος ἁπαντα λεξεων τε και γνωμων ἐλεγχος. Marcus Hopperus dicit in praefatione, quam ad Basilium Amerbachium scripsit, ab Arnoldo Arlenio plures codices mstos in Italia repertos, adhibitos, atque plurima vitia emendata fuisse. Attamen haec editio non magni habetur, quia Procli commentarios non habet. Praefixum autem est: Divini Platonis Elogium, ex libro V. C. Mylaei Historiae de rerum Universitate, qui est de claris et eruditis viris, exemplum, atque M. Musuri carmini graeco in Platonis laudes, adiecta est latina Zenobii Acciaioli interpretatio. *Fischer* l. c. p. 17 sq. de hac editione adnotavit haec: „Quum ... [Arnoldus Arlenius] in ... peregrinatione sua Italica codices Platonis scriptos aliquot nactus esset: contulit eos cum Valderiano exemplo summa diligentia, locos prauos correxit, lacunas expleuit, membra luxata reposuit. Has chartas postea misit ad Marcum Hopperum, Henrici Petri, clarissimi tum apud Basileenses librarii, cuius officina multas praeclaras Graecorum Latinorumque auctorum editiones emisit, generum: qui, ut in epistola ad Basilium Amerbachium ostendit, omnia inde summa fide [!] in exemplum, quod operae Petrinae sequutae sunt, transtulit. erat autem Valderianum exemplum. In quo quum multa vitia, sed fere operarum, oculi Hopperiani atque manus, ut fit, praeterirent: intelligetur facile, cur haec, de qua disputamus, editio, praeter propria fere e vitiosis Basileensis primae lectionibus nata peccata pauca, magnum eorum numerum habeat cum eodem exemplo communem. Quae quidem omnia lectionum diversitas a nobis collecta lectorem poterit abunde docere.“ Fecerat Hopperus etiam spem edendorum separatim Commentariorum Graecorum in Opera Platonis, quos socer eius ab eodem Arlenio acceperat, una cum Procli, Hermiae, Damascii, Olympiodori, Theonis Smyrnaei, Commentariis. Sed huic spei ab eo, quod sciam, non fuit satisfactum.“ *Routh* l. c. p. ii sq. dicit: „Priorem Basileensem Valderianam expressit [Henrichus Petrus]; eandem fere κατὰ πόδα secuta, nisi quum alias lectiones e libris scriptis adsciverit. Nam praeclara dos est hujus editionis, quod insignem habeat lectionis varietatem, quae cuique conferenti se prodit. Scilicet quum Arnoldus Arlenius, vir doctissimus, quaedam ante in Italia exemplaria nactus, ex iisdem exemplum Valderianum a capite ad calcem usque corrigere haud destitisset, hoc Arlenii labore se usum esse testatur Marcus Hopperus, is qui hancce editionem procuravit. Et fideliter prorsus rem illam administratam esse ab Arlenio, inde nobis egregie confirmatur, quod saepissime Basileensis hujus Posterioris lectiones in libris Platonis scriptis, auctoribusque veteribus, qui Platonem citaverunt, deprehenduntur.“ Omnes etiam posterioris temporis docti homines in eo conveniunt, hanc editionem esse insignem multis novis lectionibus, e codicibus mstis excerptis.

1578, f. *ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΑΠΑΝΤΑ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ* PLATONIS opera quae extant omnia. EX NOVA IOANNIS SERRANI INterpretatione, perpetuis eiusdē notis illustrata: quibus & methodus & doctrinae summa breviter & perspicuè indicatur. *EIVSDEM* ***Annotationes in quosdam suae illius interpretationis locos.*** HENR. STEPHANI de quorundam locorum interpretatione iudicium, & multorum contextus Graeci emendatio. 1578. EXCVDEBAT HENR. STEPHANVS. *III Tomi.* —— Henr. Stephanus in hac splendida editione, textum emendavit. Versio autem latina, quam Serranus composuit, quamvis elegans nominatur, tamen non ea fide, qua par fuerit, facta est. Idem Serranus adiecit etiam interpretationi suae breves aliquot notas. Praemissae sunt dedicationes tres ad Elisabetham reginam Angliae, ad Iacobum VI. regem, atque ad pagum Bernam. Plerumque recentiores, quos nominamus bibliographos, hanc editionem maxima laude in coelum extollunt, qua in re negligere videntur, quod Fischerus aequo animo l. c. p. 18 sqq. de hac editione disseruit, atque ex quibus hic nonnulla enotabo. Haec sunt p. 19 sqq.: „... primo quidem ... maximi facienda est, vehementerque praedicanda, opera, quam vir summus in corrigendis librariorum peccatis ita collocauit, ut vix duo, vel tria, vitia in Dialogis quatuor primis deprehenderim, relicta scilicet in exemplo Aldino, quod operae Stephani descripserunt: sic haud scio, an maximam laudem consequutus sit summa illa diligentia, qua cavit, ut, paucis locis exceptis, nihil poneretur in ordine verborum, quod niteretur sola ingenii coniecturaeque levitate, neque bonorum librorum fide et auctoritate graui confirmaretur. nam coniecturarum quidem ingentem copiam et multitudinem, quarum nonnullae tamen aperte vanae sunt, cum marginibus chartarum commisit, tum in ipsis animadversionibus protulit, praeter lectiones multas ex Eusebio maxime, aliisque antiquis scriptoribus, diligenter collectas. Neque vero minus mihi probatur prouidentia viri et industria, quod adiecto Indice rerum Latino uberrimo lectorum Platonis studia iuvare

cessatus est. Ab Serrani enim Versione Latina, cuius viri, et coniecturae, et animadversiones breves, in hac editione additae sunt, parum auxilii in locis obscuris atque dubiis exspectari posse eo magis credimus, quum eam obscuriorem saepe verbis Graecis, omninoque non ita fidelem et bonam, cognoverimus, ut Ficini versionem, emendatam postea, certe immutatam, ab Simone Grynaeo aliisque viris duobus doctis: ita, ut Stephanus ipse apposuerit multis in locis interpretationes verborum philosophi, et veriores, et clariores. Quoniam igitur bona Stephanianae editionis ostendimus, in qua etiam alia ipsorum Dialogorum descriptio reperitur, alius ordo: age, iam videamus et notemus eiusdem vitia, quae sane in tanto et tam docto viro non debent a quoquam parva, neque levia, duci. Possunt autem omnia, ac debent, ad fraudem et simulationem, tanquam ad caput, referri: quae vitia nequit dubitari quin extiterint, ut fit, e nimia ingenii viri doctrinaeque opinione, quae esset cum inepta quadam invidentia coniuncta, quae aegre ferret laudes aliorum et famam. Etenim primo pleraeque, quas attulit, coniecturae alienae sunt, neque in eius ingenio natae: multa hoc in genere sumsit e Versione Latina Ficini, librisque Eusebii editis, plurima Iano Cornario, summo viro, debet, quem tamen nusquam diserte laudauit: non pauca, quae in Euthyphrone Morelius iam, et in Phaedone Turnebus, perite emendarant, primum se correxisse simulat atque gloriatur. Deinde lectiones plurimas, quas credere lectorem voluit se in libris scriptis invenisse, et quibus propterea adscripsit has notas loco non uno diserte docet distingui debere ab istis, *praec. edit.*, *vulg. edit.*, *πρ. γρ.*, ex editione Hopperiana, quam tamen nusquam memorat, hausit, etiam e Cornarii Eclogis, non e libris scriptis. Sed ut fraus eo certius lateret, eoque deprehenderetur minus: lectiones Hopperiani exempli fere depravavit et mutilavit, ita, ut vel unam alteramve litteram mutarit, vel integra verba omiserit, vel certe alieno illa loco posuerit: cuius triplicis fraudis exempla quaedam et specimina in margine exhibere placuit: et copiis Eclogarum Cornarii ita usus est, ut non solum lectiones Codicis Hassisteniani ostenderit a se e Codice vetere, nescio quo, petitas esse, sed nec dubitarit ipsas viri coniecturas emendationesque vel laudare, vel adeo in ordinem recipere, tanquam lectiones e Codicibus antiquis depromptas. Stephanus enim quin adhibuerit in recensendis Platonis Dialogis Cornarii Eclogas, quum ipse extiterit alicubi huius furti index, dubitari nullo modo potest." Eodem fere modo indicat *Routh* l. c. p. iii sqq. Primum dicit p. iii sq.: „De origine ... lectionum variantium, quas ille aut in contextu recepit, aut margini adlevit, multum dubitatur. Scilicet earum pleraeque, vel in Editione Basileensi posteriore, vel in Latina Versione Ficini, deprehenduntur. Illam vero editionem adhibuisse se nullibi fatetur, imo implicite, ut loquuntur, negat; hanc versionem raro nominatim citat, etsi frequenter varias suas lectiones conjecturasque eidem debere videatur. Aut igitur codicibus Platonis scriptis usus est, qui mire cum editione Basileensi posteriore et Ficiniana versione consenserint: aut ex Auctoribus Platonem describentibus omnes has lectiones desumpsit, hique fuerunt *veteres ejus libri:* aut denique editionem illam revera in consilium advocavit; quod primus nec ita pridem suggessit ... J. F. Fischerus. ... — Nulla exemplaria illorum quidem dialogorum, quos ego edendos suscepi, habuisse Stephanum, his rationibus adductus sum, ut crederem. Primo, cum pleraque omnia ab eo in contextum admissa et margini adscripta, vel in Basileensi posteriore, vel in interpretatione Ficini, vel in Scriptoribus Platonem laudantibus, reperiri possint, mirum profecto videtur, codices Stephanianos nullas proprias sibi lectiones, aut certe paucissimas, suppeditasse, quae receptione, vel saltem adnotatione, dignae viderentur. Deinde nullam nobis istorum codicum notitiam vir doctus praebuit; ... — Sin vero nullos libros scriptos habuerit Stephanus, anne illis, qui ῥήσεις ex Platone descripserunt, suas debebat lectiones? Certe aliquos huiusmodi fontes adiit; sed longe plurimae lectionum illarum (sciens dico) non apud auctores, qui Platonem laudare solent, sed in editione versioneque, quas dixi, extant. Paucas quidem illas, quarum sedes nec indicare potui, nec causam exponere ipsarum variationis, Platonis exscriptoribus assignandas puto, pariter ac illas, quas ipse apud tales auctores deprehendi. — Si igitur nec codices veteres scripti, neque auctores alii, has lectiones Stephano suppeditaverint; restat, ut adhibuerit saepissime vir doctus Ficini versionem atque editionem Basileensem posteriorem, in quibus has ipsas extare novimus. Nec profecto probabile videtur in tali opere versatum Stephanum editionem illam ignorasse aut neglexisse, quae annis plus viginti ante excusa erat, atque adeo insigni lectionis varietate commendabatur. Unum hoc objici posse video; neglexisse nimirum Stephanum verissimas aliquas lectio-

nes exempli Basileensis, quod non fecisset, si idem in consilium advocasset. Vereor autem, ne simulatio viri in causa hujusce rei fuerit; ut ne videretur exemplo illo unquam fuisse usus. Imo vero Fischerus ... eundem arguit depravationis et mutilationis lectionum Basileensium, ut fraus eo certius lateret. Vellem equidem nullas hujusmodi suspiciones in tantum virum cadere, cum ob alias causas, tum propterea quod, si codices Platonis manu scripti revera fuissent Stephano, addita esset major auctoritas quibusvis ejus variationibus ab exemplo Aldino, sive deprehendantur eae in aliis libris, sive non. Idque eo magis expeto, quia mutationis conjecturalis vestigia in textu ejus interdum occurrant. ... Pene autem oblitus sum hic addere, quod fidem suspicionibus de Stephani versutia confirmat, Stephanum ex Cornarii doctissimi interpretis adnotationibus, quae *Eclogae in Dialogos Platonis omnes* vocantur, quaeque variis codicis Mati lectionibus simul ac ipsius coniecturis ditantur, certe sumpsisse aliqua, sed ne nomen quidem Cornarii ullibi memorasse. Porro qua fide adversus Leunclavium Xenophonteum in simili plane negotio hic vir se gesserit, Leunclavius ipse multa querens narravit. Nihilominus tamen, licet his nominibus culpandus sit Hen. Stephanus, meritis tamen suis ornetur laudibus. Saepe in editione sua sententias totas vocesque singulas cum ex Latina Versione Ficini, librisque aliis, tum ex mera conjectura, feliciter emendavit. Cumque in prioribus editionibus oratio saepius mala interpunctione distingueretur, mirum, quam praeclaram operam in ea quoque re ordinanda posuerit Stephanus Nec minima laus habenda est, quod in pulcherrimo suo exemplo corrigendo, celebris officinae, et universae etiam artis typographiae, ornamento, tam accuratam adhibuerit diligentiam, ut vix tria operarum vitia in duobus, quos edo, libris deprehenderim; etsi horum alter longissimus sit Platonis dialogorum.“ *Schweiger* certissime haec aliaque, quae de ea re doctissimi viri iudicarunt, non legit; scripsit enim in suo libro: Handbuch der class. Bibliographie P. I. p. 241: „*S. incorrect gedr.*, *aber selten*, *bes. in guten Exx.*“

1590, f. *ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΑΠΑΝΤΑ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.* DIVINI PLATONIS OPERA OMNIA QVAE EXSTANT. MARSILIO FICINO INTERPRETE. *Graecus contextus quam diligentissime cùm emendatioribus exemplaribus collatus est: Latina interpretatio à quam plurimis superiorum editionum mendis expurgata.* Argumentis perpetuis, & commentarijs quibusdam eiusdem Marsilij Ficini, ijsque nunc multò emendatiùs quàm antehac editis, totum opus explanatum est atque illustratum. Quae cur in calcem operis translata sint, & quid pro hac traiectione repositum sit, ex epistola ad Lectorem patet. *Vita Platonis à Diogene Laertio copiosissimè descripta: item pereruditum Timaei Locri opusculum (quo Latina exemplaria carebant) aliàque plurima non contemnenda, huic editioni accesserunt.* Adiectus est INDEX rerum omnium locupletissimus. LVGDVNI, Apud Franciscum le Preux. M.D.XC. —— 14 *ff.* praefixa, 849 pp., 15 *ff.* index. Hanc editionem, in qua textus graecus ex praecedente accurate expressus est, Ruhnkenius in Timaei editione adhibuit. Ficini autem versio valde mutata atque interpolata est, quare haec editio et Francofurtiana, quae sequitur, nullum criticum usum habent.

1602, f. *ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΑΠΑΝΤΑ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.* DIVINI PLATONIS OPERA OMNIA QVAE EXSTANT. MARSILIO FICINO INTERPRETE. *Graecus contextus quàm diligentissimè cum emendatioribus exemplaribus collatus est: Latina interpretatio à quam-plurimis superiorum editionum mendis expurgata.* Argumentis perpetuis, & commentariis quibusdam eiusdem Marsilii Ficini, iisque nunc multò emendatiùs quàm antehac editis, totum opus explanatum est atque illustratum. *Adiectus est* INDEX *rerum omnium locupletissimus.* FRANCOFVRTI, Apud Claudium Marnium, & haeredes Ioannis Aubrii. M.DCII. —— 1355 pp., 14 *ff.* index.

1781 — 1786, 8. *ΠΛΑΤΩΝ.* PLATONIS Philosophi quae extant, graece, ad editionem Henrici Stephani accurate expressa cum Mars. Ficini interpretatione. Praemittitur lib. III. Laertii de vita et dogmatibus Platonis cum notitia literaria. Accedit varietas lectionis. Studio Societatis Bipont. Biponti. *XI Voll. Adiungendum est huic editioni:* Dialogorum Platonis Argumenta exposita et illustrata a Diet. Tiedemann. Biponti MDCCLXXXVI. —— 24 *Th.*; in ch. quae dicitur „*d'Annonay*“, impressa sunt 16 exx. Varias lectiones ex codicibus msti nondum adhibitis excerpsit atque collegit *Mitscherlichius;* editionem autem ipsam in lucem emiserunt *Exter* atque *Embser*.

1813 — 1819, 12. PLATONIS OPE-

RA. Ex recensione Henrici Stephani, passim emendata adiectis scholiis et nott. criticis edidit Ch. Dan. Beck. Lips., Tauchnitz. *VIII Voll.* —— 5 *Th.* 8 *Gr.*, nunc 2 *Th.* 16 *Gr.*; ch. mel. 8 *Th.* Tribus prioribus voluminibus, quae sola Beckius edidit, suas notas, quae criticae sunt, adiecit; reliqua volumina ex editione Bipontina expressa sunt. Beckius etiam editionem incepit Platonis operum, cuius priores 144 pp. in vilissima charta et 8 forma min. impressae in Bibl. Paulina Lips. cura *Gf. H. Schaeferi*, qui operas typothetarum regebat, adservantur. Sunt iam typis descripta Μινως η περι νομου, et Νομοι διαλογων ο πρωτος. Sub textu perpaucae notae criticae, atque infra eas versio latina habentur.

1816 — 1818, 8 mai. PLATONIS DIALOGI, GRAECE ET LATINE. Ex recensione Imm. Bekkeri. Berolini impensis Ge. Reimeri, Oxoniae apud I. Parker. *III Partt.* in *VIII Voll.* —— 24 *Th.*, nunc 12 *Th.*: ch. mel. 28 *Th.* 12 *Gr.*, nunc 14 *Th.* 6 *Gr.*; ch. scr. 33 *Th.*, nunc 16 *Th.* 12 *Gr.*; ch. membr. 60 *Th.* *Parte I. volumine I.* (XIV pp. titulus, dedicatio, atque index codicum ab editore collatorum [*v.* infra III. *Bekker*] 1 *f.* 384 pp. continentur: Phaedrus, Lysis, Protagoras, Laches, Charmides, Eutyphro; *volumine II.* (1 *f.*, 298 pp.) Parmenides, et in Appendice: Apologia, Crito, Io, Hippias minor, Hipparchus, Minos, Alcibiades Secundus; *Parte II. volumine I.* (1817, 2 *ff.*, 463 pp.) Gorgias, Theaetetus, Meno, Euthydemus; *volumine II.* (1 *f.*, 469 pp.) Cratylus, Sophista, Politicus, Convivium; *volumine III.* (1 *f.* 474 pp.) Phaedo, Philebus, et in Appendice: Theages, Amatores, Alcibiades primus, Menexenus, Hippias minor, Clitophon; *Parte III. volumine I.* (1 *f.* 516 pp.) de republica; *volumine II.* (1 *f.*, 476 pp.) Timaeus, Critias, et in Appendice: de Legibus lib. I — VI.; *volumine III.* (2 *ff.*, 578 pp.) de legibus lib. VII — XII., et in Appendice: Epinomis, Timaeus Locrus, Epistolae, Axiochus, de Justo, de Virtute, Demodocus, Sisyphus, Eryxias, Definitiones. Nostri docti homines, qui putant omnia se scire, multis laudibus extollunt librum: An introduction to the knowledge of rare and valuable editions to the Greek and Latin Classics *etc.* by *Thomas Frognall Dibdin*, fourth Edition; greatly enlarged and corrected (Lond. 1827, 8. *II Voll.*), quamquam eum nunquam viderunt. *Dibdin* in hoc caro libro Vol. II. p. 299, mirabile auditu, de *Bekkeri* editione dicit: „*The united labours of* Bekker, Wolf, *and* Heindorf, *appear in this truly critical and valuable edition. The Latin version is by Wolf. In the settlement of the Greek text, numerous MSS. have been consulted; and in some of the dialogues not fewer than twenty. The notes are critical, and in part explanatory of the alterations made in the Greek text. All the ancient Scholia, deserving of being collected, are incorporated. One entire volume is devoted to an account of the life, doctrine, and writings of Plato. The indexes are copious and satisfactory; and the type and paper are worthy of the critical importance of such a publication.*“ *Stallbaumius* recte contra in indice editionum Platonis, qui sectioni primae editionis Platonis praemissus est, de hac editione iudicat: „Exhibet [editio Bekker.] orationem Graecam ad fidem plurimorum librorum recens collatorum diligentissime et sapientissime emendatum. Continet praeterea translationem Ficini, sed eam non mutatam et interpolatam, sed ex antiquissimis exemplis ductam, ut habeat usum criticum. [Attamen non mera est; usus quidem est Bekker editione principe, sed etiam posterioribus editionibus, ut videtur, ex quibus nonnulla aliter constituta videntur.] Commentaria critica [*v.* infra III. *Bekker*] praeter ingentem variarum lectionum copiam complectuntur etiam Scholia Graeca a Ruhnkenio edita, sed multum aucta et locupletata “ Varias lectiones non satis accurate indicatas esse *Schneiderus* luculentis exemplis in praefationibus ad suam editionem librorum de legibus docuit. Ceterum idem vir doctus docet in praefatione ad suae editionis Vol I. p. XXXX haec: „Ordinem dialogorum Bekkerus eum instituit, qui placuit Schleiermachero, cuius etiam de genuinis ac spuriis decreta complectitur omnia.“

1819 — 1827, 8 mai. PLATONIS quae exstant Opera. Accedunt Platonis quae feruntur scripta. Ad optimorum librorum fidem recensuit, in linguam latinam convertit, annotationibus explanavit, indices rerum et verborum accuratissimos adiecit F. Ast. Lips., Weidmann. *IX Voll.* —— 16 *Th.* 18 *Gr.*, ch. mel. 18 *Th.* 18 *Gr.* Nova subsidia ad textum emendandum Astius non adhibuit. Fundamentum textus Aldina editio est. Quae profecit, id maxime ex intima Platonici sermonis atque indolis cognitione, adhibitis iam ab aliis prolatis subsidiis litterariis praestitit. E regione textus latina versio interpretis legitur, et textui subiectae sunt variae lectiones. Tria priora volumina recensentur in ephem. litter. Lips. 1822, no. 40 sqq. Dolendum autem est, editionem vitiis typographicis scatere.

1821 — 1825, 8 mai. PLATONIS QVAE SVPERSVNT OPERA. Textum ad fidem codicum Florentt., Pariss., Vindobb., aliorumque recognovit Gf. Stallbaum. Lips., Weigel. *VIII Voll.* —— 21 *Th.*, nunc 12 *Th.*

1826, 12 mai. Platonis opera, graece edidit Gf. Stallbaum. Lips., Weigel. *VIII Voll.* —— 6 *Th.* 3 *Gr.*, nunc 2 *Th.* 16 *Gr.* Textus est ex priore eiusdem editoris editione expressus, adiectis paginarum editionis Stephanianae numeris. *Vol. I.* continet Eutyphronem, Apologiam Socratis, Critonem, Phaedonem, Theagenem, Amatorium, Theaetetum; *Vol. II.* Sophistam, Euthydemum, Protagoram, Hippiam minorem, Cratylum; *Vol. III.* Gorgiam, Philebum, Minoem; *Vol. IV.* Alcibiadem priorem atque alterum, Charmidem, Lachem, Lysidem, Hipparchum, Menexenum, Politica, Minoem; *Vol. V.* libros de republica; *Vol. VI.* De legibus et Epinomen; *Vol. VII.* Timaeum, Critiam, Parmenidem; *Vol. VIII.* Phaedrum, Hippiam maiorem, Epistolas, Axiochum.

1826, 8 mai. PLATONIS, et quae vel Platonis esse feruntur vel Platonica solent comitari, Scripta Graece Omnia, ad codices Mss. recensuit, Variasque inde lectiones diligenter enotavit Imm. Bekker. Annotationibus integris Stephani, Heindorfii, Heusdii, Wyttenbachii, Lindavii, Boekhiique, adiiciuntur modo non integrae Serrani, Cornarii, Thompsoni, Fischeri, Gottleberi, Astii, Buttmanni, et Stalbaumi, nec non ex commentariis aliorum curiose excerpta. Londini, excud. Valpy, sumptibus R. Priestly. *XI Voll.* —— 10 *L.* 10 *sh.*, ch. m. 15 *L.* 15 *sh.* Hanc editionem, in cuius commentario triginta quatuor commentarii excerpti sunt, *G. Burges* curavit. Singuli dialogi separatim etiam venduntur. Conf. Classical Journal XXXIX. p. 162 sqq.

1827 sqq., 8. Platonis Opera omnia recensuit et commentariis instruxit Gf. Stallbaum. Gothae, sumptibus Hennings. —— Cum primo institutum esset, ut selecti tantum Platonis dialogi ederentur, haec editio prodiit titulo hoc: Platonis dialogos selectos recensuit et commentariis in usum scholarum instruxit Gf. Stallbaum. Deinde autem, ut vidimus, mutatus est. Hactenus prodierunt *Vol. I. Sect. I.* (1827. LII pp. prolegomena, 146 pp. 16 *Gr.*) continens Apologiam Socratis et Critonem; *Sect. II.* (210 pp. 18 *Gr.*) contin. Phaedonem; *Sect. III.* (164 pp., p. 165 sq. Addenda et Corrigenda, p. 167 sqq. index ad vol. I. 18 *Gr.*) contin. Symposium. *Vol. II. Sect. I.* (1828. 268 pp. 20 *Gr.*, ch. scr. 1 *Th.* 4 *Gr.*, ch. membr. 1 *Th.* 12 *Gr.*) contin. Gorgiam; *Sect. II.* (195 pp. 18 *Gr.*, ch. scr. 1 *Th.*, ch. membr. 1 *Th.* 8 *Gr.*) contin. Protagoram. *Vol. III. Sect. I.* (1829) et *II.* (1830) (LXXVIII pp. et 1 *f.*, 405; 2 *ff.* 417 pp. et 1 *f.* Corrigenda et Addenda 3 *Th.* 6 *Gr.*, ch. scr. 3 *Th.* 22 *Gr.*, ch. membr. 5 *Th.* 20 *Gr.*) contin. Politiae lib. I — V.; VI — X. *Vol. IV. Sect. I.* contin. Phaedrum (1832. XXVI, 199 pp. 20 *Gr.*); *Sect. II.* (1833. 349 pp. 1 *Th.* 6 *Gr.*, ch. scr. 1 *Th.* 12 *Gr.*, ch. membr. 2 *Th.*) contin. Menexenum, Lysidem, Hippiam utrumque, Ionem. *Vol. V. Sect. I.* (1834. 361 pp. 1 *Th.* 6 *Gr.*) contin. Lachetem, Charmidem, Alcibiadem utrumque; *Sect. II.* (1835. 245 pp. 21 *Gr.*) contin. Cratylum. Haec sunt volumina, quae hactenus prodierunt. Anno MDCCCXXXIV. prodiit *Voluminis I. Sect. I.* editio auctior et emendatior (LIII, 169 pp. 16 *Gr.*); eodem modo eodemque anno *Sect. II.* (262 pp., 1 *f.* corrigenda. 18 *Gr.*). De duobus prioribus voluminibus conf. *Sommeri* censuram in *Seebodii* Krit. Bibl. 1829, no. 139. 140. 141. 142. 143. 144. ephem. litter. scholast. univ. 1830. Sect. II. no. 41. 42. 43. ephem. litter. Jenens. 1831. no. 90. p. 233 — 242. *Jahnii* Jahrbb. 1833, Vol. VII. p. 395—423. Wiener Jahrbb. Vol. LVI. p. 122 sqq. Editor ipse de ratione editionis in prolegomenis ad Vol. I. Sect. I. nos docet his verbis: „orationem Platonis fere talem exhibuimus, qualem dedimus in operum Platonicorum editione Weigelii ..., hoc est ad fidem plurimorum codicum manuscriptorum examinatam et emendatam. Quum vero critica suppellex, praesertim copiis Bekkerianis accedentibus, lautior esset quam ut omnia, quae inde seligenda viderentur, copiose possent explicari, hac usi sumus ratione, ut primum nonnisi potiorem lectionis varietatem excerperemus; deinde in ea enarranda et diiudicanda brevitati quantum fieri posset studeremus. Itaque critica annotatio, quam adiecimus, fere est eiusmodi, quae demonstret maxime, quatenus nostra verborum recensio vel a communi veterum editionum, Aldinae, Basileensium, Stephanianae, lectione, vel etiam a sola Stephani scriptura, quam fere *vulgatam* diximus, recedat, quo magis legentibus pateat, quid recentioribus temporibus ope codicum manuscriptorum in Platone novatum sit atque emendatum. Qua in re versati sumus sic, ut aut vulgatam lectionem simpliciter indicaremus, ubi res ipsa et codicum consensio nullam admitteret de alte-

rias lectionis veritate dubitationem, aut verbo diceremus codices vel plurimos vel optimos atque plurimos, vel etiam paucos eosdemque optimos hanc vel illam lectionem confirmare; singulos nonnisi iis locis recenseremus, ubi res postulare videretur. ... Sed praeter veterum illorum lectiones commemoravimus etiam coniecturas virorum doctorum, quae vel probabiles vel necessariae viderentur. Nam quae falsae sunt aut supervacaneae, eas silentio praeterire optimum duximus. In diiudicanda autem variarum lectionum discrepantia non magis fuimus copiosi, sed aut breviter monuimus, si quid opus videbatur, aut ad rerum et verborum interpretationem ablegavimus. Pleraque enim, quae ad criticam rationem pertinent, cum rerum et sententiarum illustratione tam arcte coniuncta sunt, ut qui illa sine huius ope sese putant recte tractare posse, miro in errore versari censendi sint. Itaque plurimum operae in rerum et verborum interpretatione posuimus" Singulis dialogis praemissa sunt argumenta atque disquisitiones, num sint dialogi genuini, nec ne, quibus opiniones priorum editorum interpretumque non solum examinantur, sed etiam nova ratione excutiuntur dialogi ipsi, ita ut editor saepissime certis argumentis commotus a prioribus interpretibus iure discedat. Hoc adnotandum utile et necessarium duximus.

1830 — 1833, 8 mai. Platonis opera graece. Recensuit et annotatione critica instruxit C. E. Ch. Schneider. Vol. I. (1830); II. (1831); III. (1833) Civitatis libri atque indicem adnotationis. Lips., Teubner. — 1*f.*, LXXXII, 439; XXXVIII, 354; CXXVIII, 359 pp. 6 *Th.* 18 *Gr.*, ch angl. 8 *Th.* 14 *Gr.*, ch. holl. 13 *Th.* 12 *Gr.* Conf. ephem. litter. scholast. 1830. II. no. 128. 129. 130. 1832. no. 96. 97. 98. Editor quinque novos codices adhibuit.

Bb) *Plures dialogi.*

1531, 4. *ΠΛΑΤΩΝΟΣ Μινως, η περι νομου etc.* PLATONIS Minos, Sive de Lege. De legibus, seu de legum latione, libri 12. Appendix legum, vel philosophus. Venundantur Lovanii a Bartholomaeo Gravio sub Sole aureo. *Haec in fronte f. 1 a. F. 1 b epistola inscr.:* Ornatissimo viro D. Francisco Craneveldio Caes. Consiliario Rutgerus Rescius S. D. *In fine:* Lovanii ex officina Rutgeri Rescii, pridie Cal. April. An. M. D. XXXI. Sumptibus eiusdem Rescii, et Bartholomaei Gravii. — Hanc accuratam notitiam proposuit *Panzer* in Annal. typogr. Vol. IX. p. 505, no. 95.

1538, 4. PLATONIS Alcibiades posterior, et Menexenus. *Graece.* Apud Wendelin. Rihelium, Argentorati 1538.

1541, 4. PLATONIS Gorgias aut de rhetorica, Socratis Apologia, Crito aut quid faciendum sit, Graece. Cum J. Sturmii praefatione de ratione interrogandi atque collocandi dialectica. Apud Wendelin. Rihelium Argentor. 1541.

1549, 4. Platonis Hipparchus, Amatores, et Theages. Graece. Paris., excudebat Christ. Wechelus. M. D. XLIX.

1560, 4. Platonis Dialogi. Paris., apud Guil. Morelium. M. D. LX. — *Maittaire* in Annalibus typogr. Vol. III. p. 717, not. b de hoc delectu dicit: „Ita se habet titulus; Dialogi autem sunt (quos vidi) hi sequentes Eutyphro vel de Sanctitate, Amatores vel de Philosophiâ, Hipparchus vel de Lucri cupiditate, Graecè & Latinè; Legum secundus, Graecè."

1573, 4. Platonis Epinomis et Philosophus, Graecè. Parisiis apud Ioannem Bene-natum. M. D. LXXIII.

1673, — 1683, 8. PLATONIS de Rebus Divinis Dialogi Selecti, Graece & Latine, Socratis Apologia, Crito, Phaedo, E Libb. Legum Decimus, Alcibiades Secundus, De Religione, De Justo, De Animae Immortalitate, De Dei Existentia, De Precibus. In commodas Sectiones dispertiti; Annexo ipsarum Indice. (*Cura Io. Northii*) Cantabrigiae, Ex Officina Joann. Hayes, celeberrimae Academiae Typographi. 1673. Impensis Joann. Creed, Bibliopolae *Cantab.* — Editio II. *ib.* — Editio prior (4 *ff.* praefatio, 4 *ff.* index, 248 pp. Bibl. acad. Lips.) multis vitiis scatet. Textus ex Henr. Stephani editione expressus est.

1736, 4. *Του Θειου Πλατωνος διαλογοι Ἑξ.* Sechs auserlesene Gespräche Platons, Griechisch und Deutsch, nebst des Herrn Dacier Vorrede und Anmerkungen, herausgegeben durch J. Sam. Müller, des Hamburgischen Iohannei Rector. Hamburg 1736. — Dialogi selecti sunt hi: Alcibiades primus, Laches, Protagoras, Theages, Alcibiades secundus, Amatores. Singulis dialogis argumentum praemissum est. Versio ad Dacierii gallicam versionem plerumque facta ideoque non orationi graecae aptata est.

1738, 8. PLATONIS Dialogi selecti septem, Graece juxta Editionem Serrani. Dublini e typogr. acad. MDCCXXXVIII. — Sunt exx. in 8 forma (1 *L.* 11 *sh.*),

et in ch. m. in 4 forma. Haec adnotavit *William Thom. Lowndes* in The Bibliographer's Manual, Part. XIII (Lond., Will. Pickering MDCCCXXX, 8 mai.) p. 1461, col. a.

1745, 8. *ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΔΙΑΛΟΓΟΙ Ε'*. PLATONIS DIALOGI V, (*Ἐρασαι, Εὐθυφρων, Ἀπολογια Σωκρατους, Κριτων, Φαιδων*). Recensuit, Notisque illustravit Nath. Forster, *OXONII*, E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO, Impensis JAC. FLETCHER bibliopolae MDCCXLV. —— 4 *ff.* praefixa, 403 pp., et 9 *ff.* indices. Habet haec editio textum graecum versionemque latinam; prae ceteris etiam accurate typis excusa est. 6 *sh.* 6 *d.*, ch. m. 2 exx. vendebantur pretio 1 *L.* 14 *sh.* et (a. 1823) 2 *L.* 19 *sh.* Saepe repetita est editio, *v.* 1752. De adornanda editione exhibemus verba editoris ex praefatione haec: „Graeca ad fidem celeberrimae illius Editionis PARISIENSIS A. D. 1578. (caeteris tamen, quae infra in Notarum limine enumeravimus, Exemplaribus ubique in consilium adhibitis) potissimum expressimus, ab ea nunquam, si levia quaedam in interpunctione excipias, recedentes, nisi id antiquiorum quorundam Editorum aut Codicum MSS. ab ipso Stephano laudatorum suaderet auctoritas. Conjecturas tamen adnotavi non solum Stephanias, sed & alias (ut de propriis nihil dicam) quas mecum benignissime communicavit Vir Reverendus doctissimusque ZACH. MUDGE, Ecclesiae Cathedralis Exon. Praebendarius. — Graecis Interpretatio subjicitur FICINIANA, quamplurimis tamen in locis currente praelo non leviter immutata .... — Notas insuper Variasque Lectiones non paucas (plures fortasse quam oportuit, ac de rebus nonnunquam minutioribus) apposuimus, quarum partem quidem a Stephano, Dacierio, aliisque mutuati sumus, longe vero majorem ipsi contexuimus. Quid in Annotationibus hisce tentatum sit, cuivis eas inspicienti facile patebit. Hoc tamen lectorem admonitum velim, iis Graeca quaedam inesse in PHAEDONEM Scholia, e MS. OLYMPIODORI, Philosophi Platonici, (de quo vide Fabric. Bibl. Graec. V. 9. p. 354. 355) Commentario, in Biblioth. Bodleiana adservato, hinc inde descripta; quem quidem integrum hic in lucem protulisse ab instituta libelli hujusce ratione nimis alienum esset. — Indices denique duos calci operis subjunximus, in quibus Observationes quasdam Philologicas, tam ad voces singulas, quam ad earum constructionem spectantes, congessimus, & similia passim aliunde, ac praesertim e NOVI FOEDERIS stilo, exempla apposuimus, Sacrarum nempe, etiam cum aliud agere videamur, Literarum haud prorsus immemores." Bibl. acad. Lips.

1752, 8. — Oxon., e typogr. Clarend. —— 6 *sh.*, ch. m. 18 *sh.* V. 1745 et 1765. Negligenter est haec editio typis descripta.

1760, 8. Platonis Dialogi quatuor, e rec. H. Stephani, animadversionibus crit. illustrati ab J. F. Fischero. Lips., Schwickert. —— *V.* 1770.

1765, 8. *ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΔΙΑΛΟΓΟΙ Ε'*. PLATONIS DIALOGI V. Recensuit, Notisque illustravit NATH. FORSTER. EDITIO TERTIA. OXONII, E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO, Impensis JAC. FLETCHER Bibliopolae. MDCCLXV. —— 4 *ff.* praefixa, 400 pp., et 10 *ff.* indices. Bibl. acad. Lips. *V.* 1752 et 1772.

1770, 8 mai. — Iterum edidit, recensuit, varias lectiones animadversionesque breves adiecit J. F. Fischerus. Lips., Schwickert. —— 20 *Gr.* V. 1760 et 1783. Conf Philolog. Bibl. Vol. I. P. I. p. 65—72.

1770, 4. Platonis dialogi II, Cratylus et Theaetetus, graece e rec. Henr. Stephani. Varietate lectionis, animadversionibus crit. brevibus illustrati ab J. F. Fischero. Lips., Langenheim. —— 10 *Gr.*

1771, 8. *ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΔΙΑΛΟΓΟΙ Γ'*. PLATONIS DIALOGI III. (n. duo Alcibiades et Hipparchus), QUIBUS PRAEFIGUNTUR OLYMPIODORI VITA PLATONIS ET ALBINI IN DIALOGOS PLATONIS INTRODUCTIO (*graece et latine*). Opera et studio Guil. Etwall. OXONII, E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO. Impensis J. & J. FLETSCHER Bibliopolarum. MDCCLXXI. —— xiv, 157 pp.; Notae et variae lectiones implent 1 *f.* et 32 pp.; indices quinque 80 *ff.* 7 *sh.*, ch. m. 1 *L.* 2 *sh.* etiam 2 *L.* 8 *sh.* Bibl. acad. Lips. In praefatione p. xii. de editionis ratione dicuntur haec: „Tribus hisce Dialogis opuscula duo praemisimus, Platoni illustrando apprime necessaria, *Vitam* scilicet *Platonis* ab Olympiodoro conscriptam, atque Albini *in Dialogos illius Introductionem*. Olympiodorum primus edidit Casaubonus ad calcem Diogenis Laertii; Albinum dedimus juxta editionem Fabricii in Biblioth. Gr. Tom. II. Vellem ad horum Dialogorum textum, quantum posset, accuratissime limandum Codices MStos suppeditasset Bibliotheca Bodleiana; unum duntaxat inveni, membranaceum, qui primum Alcibiadem complectitur, una aut altera pagina, ad calcem, excepta. Codex videtur non optimae notae, satis tamen eleganter exaratus; variantes ejus lectiones annotationibus meis suo in loco in-

sertas dedi. Quod ad Dialogorum Versionem Latinam attinet, in Alcibiade primo et secundo Marsilium Ficinum, in Hipparcho Cornarium, secuti sumus; hoc tantum habito discrimine, quod Versio Ficini currente calamo ubique fere emendata est; Cornarii, interpretis aliquatenus recentioris, magisque ad literam vertentis, rarissime."

1772, 8. — Oxon., e typogr. Clarendon. —— *V.* 1765 et 1800.

1774, 8. PLATONIS dialogi tres, Sophista, Politicvs, Parmenides, graece e recensione Henrici Stephani. Animadversionibus criticis illustrati ab J. F. Fischero. Lips. sumptu Ioh. F. Langerhemii (Schwickert) A. C. CIƆIƆCCLXXIIII. —— XVI, 274 pp., 3 *ff.* indices. 14 *Gr.*

1776, 8. PLATONIS dialogi dvo, Philebvs et Sympositvm, graece e recensione Henrici Stephani. Varietate lectionis animadversionibvsqve criticis illustrati ab J. F. Fischero. Lips., svmtv Ioh. F. Langenhemii A. C. CIƆIƆCCLXXVI. Schwickert. —— XII, 204 pp. et 4 *ff.* indices et addenda. 12 *Gr.* Pag. VII sq. in praefatione de adornanda editione dicitur: „Describi enim ab operis Stephanianum exemplum iussi, ita tamen, ut lectiones locis nonnullis alias receperim, vel librorum bonorum auctoritate, vel iussu legum Grammaticarum, et consuetudinis loquendi Platonicae admonitu: qua quidem de scripturae mutatione rationem ubique diligenter reddidi. Textis enim Graecis subiectas inuenies breues animaduersiones: in quas varietatem lectionis omnem conieci, cum ex editionibus Platonis principibus, hoc est, Aldina et utraque Basileensi, tum e libris Athenaei, Stobaei, aliorumque scriptorum veterum, a quibus locus horum Dialogorum afferri meminissem, depromtam, ea quidem, ut fere iudicium interposuerim meum de lectionis cuiusque, vel lenitate et vanitate, vel veritate et grauitate. Sed Ficini quoque Versionem Latinam adhibui, quam auctoritate parem Codici scripto esse omnes uno ore confiterentur, et ex animaduersionibus Iani Cornarii atque Henrici Stephani excerpsi ea omnia, quae facere aliquid, vel ad indaganda, vel ad tollenda locorum corruptorum vitia viderentur." Conf. *Wyttenbachii* Bibl. crit. Amstelod. Vol. I. P. I. p. 28—52.

1780, 8. Platonis dialogi IV, Meno, Crito, Alcibiades uterque. (*Graece.*) Cum animadversionibus virorum clarissimorum Gedicke, Gottleber, Schneider, priorumque editorum. Curavit (I. E.) Biester. Berol., sumtib. A. Mylii MDCCLXXX. —— VI, 173 pp. Rep. 1790. 14 *Gr.* *Dibdin* in: Introduction to the Greek and Latin Classics, fourth edition (Lond. 1827, 8mai.) Vol. II. p. 301 editoris nomen pervertit in BEISTER; cuius delectum continere dialogos sic inscriptos: Mario, Crito, Alcibiades: Uterque Berol. dicit. Sed haec hactenus.

1782, 8. *Fried. Wilh. Em. Dillenius* Platonische Chrestomathie, griechisch und deutsch. Mit kritischen und philologischen Anmerkungen. Ein Lesebuch für Jünglinge. Winterthur, Steiner. —— 1 *Th.* Haec collectio complectitur Eutyphronem, Theaetetum, Theagem, Lachem, Protagoram, Amatores, Menonem, Alcibiadem primum et secundum, Apologiam Socratis, Critonem, Phaedonem.

1783, 8mai. PLATONIS Evtyphro, Apologia Socratis, Crito, Phaedo, *Graece*, ad fidem codd. mss. Tvbing. Avgvst. aliorvmqve et librorvm editorvm vetervm: recensvit, emendavit, explicavit Io. Frid. Fischerus. Lips., svmtv Engelh. Beni. Svicqverti librari A. C. CIƆIƆCCLXXXIII. —— XII pp., et 1 *f.* Specimen Scripturae Cod. Tub. Diall. Plat., aeri incisum, 27 pp. praefationes priorum editionum; p. 29—39: Vita Socratis auctore Diogene Laertio e recensione Marci Meibomii, p. 41—72: Diogenis Laertii vita Platonis e recensione M. Meibomii, p. 73 sq.: Hesychii Milesii vita Platonis, p. 75—82: Olympiodori vita Platonis, p. 83: Vita Platonis e Suida; p. 85—123: *Αλκινου φιλοσοφου εἰς τα του Πλατωνος δογματα εισαγωγη* Ex altera recensione Dan. Heinsii, p. 125—131: *Αλβινου εισαγωγη εις τους Πλατωνος διαλογους*, p. 132—137: Excerpta ex Athenaei Deipnosophistarum lib. XI. Cap. XV. e recensione Is. Casauboni, p. 138—140: Excerpta e Sam. Petiti Miscellaneorum lib. III. cap. II. de ordine librorum Platonis, p. 141—175: de Platone et eius scriptis atque interpretibus dissertatio I. Alb. Fabricii Biblioth. Graecae lib. III. cap. I., p. 176—202: notitia codd. mss. Platonicorum, p. 203—210: Auctarium elenchi Fabriciani Editionum Platonis, p. 211—220: Sententiae et iudicia auctorum quorundam utriusque sermonis de Platone eiusque oratione et libris. Pag. 1—499 textus graecus, cum argumentis et notis. Pag. 501—507 Olympiodori Scholia in Phaedonem, p. 509—512 alia Scholia graeca; p. 513—518: Excerpta ex litteris L. Kusteri ad I. Alb. Fabricium, quibus loci quidam Phaedonis Platonici explicantur; p. 519—539: Defensio locorum quorundam Platonicorum ab emendandi libidine H. Stephani aliorumque auctore I. F. Fi-

schero. 18 *ff.* indices, et 1 *f.* addenda et corrigenda. De *Fischeri* meritis in Platonem adscribo *Stallbaumii* iudicium, quod legitur in eiusdem laudato Platonis editionum elencho. Est enim: „Summa cum diligentia Fischerus versatus est in lectionibus vett. editt. et codicum enotandis et diiudicandis, quamquam eius iudicium saepissime a vero aberrat. Nihilo minus vir optimus hac una editione melius de Platone et omnino de literis Graecis meritus est, quam multi eorum, qui infami conviciandi et calumniandi licentia usi de laudibus viri egregii detrahere studuerunt."

1784, 8. PLATONIS EUTHYDEMUS ET GORGIAS. RECENSUIT, VERTIT NOTASQUE SUAS ADJECIT, MARTINUS JOSEPHUS ROUTH. OXONII, E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO. MDCCLXXXIV. —— 2 *ff.*, xix pp., 300 textus graecus, cui subiecta est versio latina, p. 301—532 pp. notae et variae lectiones, p. 533—560 addenda; p. 561—567: Praefatio Scholiis Olympiodori in Gorgiam praemissa, e codice MSto nunc primum edita, graece, atque in eam notae p. 568—575 exhibentur; et 2 *ff.* index nominum propriorum atque corrigenda. De ratione adornandae editionis editor ipse in praefatione p. xiii sqq. haec disserit: „In textu exemplum Stephanianum ut plurimum secutus sum. Ubicunque autem veterem lectionem sine causa rejecerit Stephanus, postliminio eam recipiendàm censui. In iis etiam locis, qui nihil sani haberent, ex Basileensi posteriore veriores aliquot lectiones Stephano ignotas, aut certe neglectas, admisi. Nunquam vero textui aut coniecturas, aut etiam lectiones librorum ullorum, exceptis Platonis editionibus, inserui; quicquid autem in libro Bodleiano, veteri Ficini Versione, Auctoribusve Platonem citantibus, textui laboranti opem ferre videbatur, ad imam paginam lectoris judicio permissum est. Multas praeterea lectiones, quas emendatiores putabam, minoris autem momenti erant, quia lectio praesens ferenda videbatur, in Notis comprobavi. Imo ibidem nonnullas, quae majoris sint ponderis, praeferendas receptis lectionibus ἐκ δευτέρων φροντίδων admonui. In hac tamen cautione admittendi nihil, quod non fuerat prius in editione aliqua Platonis, laudandum me neutiquam assero, praesertim ubi librorum auctoritate fruebar. Verum nimis cauto facilius ignoscendum, quam temere mutanti. In divisiones, quas Sectiones vocant, orationem Platonicam distinxi; non tam de aequalitate portionum sollicitus, quam ad argumentorum seriem et varietatem attentus." ... Quod ad Latinam Versionem attinet: illam ita conficere conabar, ut verum auctoris sensum examussim exprimerem, stricta quidem oratione, perspicua vero, et soloecorum experte, usus." Inprimis lectiones varias editor accuratissime enotavit. *Pag.* X. haec etiam docet: „Multos insuper Auctores adhibui, qui in sua scripta ῥήσεις Platonicas transtulerunt; quorum praecipui sunt Aristides rhetor, Jamblichus, Stobaeus, atque ubi ad finem perducitur Gorgias, Plutarchus in Consolatoria ad Apollonium, Eusebius et Theodoretus. Horum omnium licuit mihi libris scriptis uti, praeter Jamblichi et Plutarchi."

1784, 8 mai. PLATONIS Dialogi IV Meno, Alcibiades primus, Phaedo, Phaedrus, graece ad editionem Henrici Stephani expressi (*Edidit Fr. C. Alter*). Viennae, typis Joannis Thomae Nobilis de Trattnern, *etc.* 1784. —— 290 pp., et 3 *ff.* errata; p. 276 sqq. leguntur variae lectiones in Phaedonem et Phaedrum e codice Vindobon. excerptae.

1794, 8. Five Books of Plotinus, viz. on Felicity; on the Nature and Origin of Evil; on Providence; on Nature, Contemplation, and the One; and on the Descent of the Soul, translated from the Greek, with an Introduction by Thomas Taylor. London.

1817, 8. Select Works of Plotinus, and Extracts from the Treatise of Synesius on Providence, translated from the Greek, with an Introduction containing the Substance of Porphyry's Life of Plotinus, by Thomas Taylor. London. —— 18 *sh.*

Bb) *Singulae Enneades.*

1787, 8. Concerning the Beautiful: or, a paraphrased Translation from the

Greek of Plotinus, Ennead I. Book VI. by Thomas Taylor. London. —— 2 *sh.* Versio est magni aestimata.

III. *Illustrantia Plotinum scripta.*

Bouterweck: Ueber den neuplatonischen Philosophen Plotinus. —— *V.* eius: Neues Museum der Philosophie und Litteratur. Vol. I. fasc. 1. p. 83—90.

F. *Creuzer*: Ueber Plotins Lehre und Leben. —— V. *Daubii* et *Creuzeri* Studien. Vol. I. p. 23—28.

I. H. ***Feustkingius***: De tribus Hypostasibus Plotini. Witteb. 1694, 4.

Ch. Gf. *Müller*: De Codice Plotini manuscripto, qui in Bibliotheca episcopali Cizae asservatur, breviter disputat. *Progr. schol. Cizens.* Lips., ex offic. Breitkopfio-Haertelia cIↃIↃCCLXXXXVIII. 8. —— 19 pp.

Steinhart. —— *V.* Philo Iud. III. Ibi enim falso appellatur.

Jul. F. ***Winzeri*** Adumbratio decretorum Plotini de rebus ad doctrinam morum pertinentibus Spec. I. *Progr. acad.* Viteberg., literis Ch. H. Grässleri cIↃIↃCCCCIX. 4. —— 22 pp.

PLUTARCHUS.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 329 sqq.; *ed. n.* T. V. p. 153 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1572, 8. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙρωνεως τα σωζομενα συγγραμματα.* PLVTARCHI CHAEroneusis quae extant opera, Ex vetustis codicibus plurima nunc primùm emendata sunt, vt ex HENR. STEPHANI Annotationibus intelliges: quibus & suam quorundam libellorum interpretationem adiunxit. AEMILII PROBI DE VITA excellentium imperatorum liber. ANNO M.D.LXXII, excudebat Henr. Stephanus. CVM PRIVILEGIO CAES. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS. *Vol. I—VI.* — PLVTARCHI CHAERONENSIS OPVSCVLA varia: quae magna ex parte sunt philosophica: Vulgò autem Moralia opuscula nimis angusta appellatione vocantur. *EX DIVERSORVM INterpretationibus, quarum quaedam sunt HENRICI STEPHANI, non antea editae.* INDICI SVPERIORIBVS multo locupletiori adiunctae sunt Annotationes eiusdem HENR. STEPHANI. ANNO M.D.LXXII, excudebat Henr. Stephanus. CVM PRIVILEGIO CAES. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS. *Vol. VII—IX. In ultimi fine legitur*: EXCVDEBAT HENR. STEPHANVS, ANNO M.D. LXXII. — PLVTARCHI CHAERONENSIS PARALLEla, seu Vitae parallelae. ID EST, VITAE ILLVSTRIVM virorum, quos binos quasi paria composuit. SEV, VITAE COMPARATAE. Interprete HERMANNO CRVSERIO, I.C. atque illustrissimi ducis Cliuensis consiliario. Indici locupletissimo adiectae sunt GVILIELMI XYLANDRI annotationes, & quaedam ipsius CRVSERII. Quibus accedunt quae HENR. STEPHANVS in Graecum contextum annotauit: simul de quorundam locorum interpretationibus agens, & alicubi diuersas inter se conferens. *Vol. X—XII.* — PLVTARCHI VITARVM COMPARATARVM appendix: complectens & ipsa Vitas excellentium quorundam imperatorum, sed duas tantùm comparatas: & has quidē, à Donato Acciaiolo, caeteras verò, ab AEmylio Probo cōscriptas. *Vol. XIII.* —— Vol. I—III, quae sunt *Tomi III* signati, continentur Moralia, atque tria volumina complectuntur 16, 778; — 1381; — 2101 pp. Vol. IV—VI. habent Vitas, atque constant 579; — 1213; — 1923 pp. Omnia graece. Versionem latinam habent Vol. VII—IX. 8, 731; 683; 695, 215 pp.; Vol. X—XII. autem 16, 506; 552; 621 pp. Vol. XIII. complectitur 467 pp., et 66 non num. *ff.*: Index rerum et nominum, et primum quidem leguntur p. 1—177: Probi vitae; p. 178—203: Agricolae vita Taciti; p. 205—466: In vitas Plutarchi parallelas annotationes; p. 467: Emendandi loci in latina vitarum Plutarchi interpretatione. Volumen ultimum in exx. occurrentibus saepe desideratur, qua re exx. non adeo magni habentur. Oratio graeca mutata quidem est ex editoris coniecturis atque ad varias lectiones ab aliis e codicibus excerptas; sed non satis considerate. Quae *Wyttenbachius* in sua praefatione p. cvii sqq. de hac editione dicit, hic repetenda non ingrata fore omnibus spero. Sunt autem haec: „Venimus ad Stephanianam Editionem, quae, ex quo prodiit, emendatissima Editionum habita est; ut ab eo inde tempore et nomen vulgatae et auctoritatem obtinuerit. Sane, multae in ea priorum Editionum corruptelae in melius mutatae sunt. Sed ut in corporum mor-

his Medici sanationem vocant non omne levamen quo aegrotanti meliuscule fit, sed illud quo sanitas restituitur: ita Critici emendationem appellant nón omnem mutationem qua locus vitiosus melior fit quam antea fuerat, sed qua ita melior fit ut Auctoris scriptura restituta videatur. Atqui hanc laudem Stephanianae editioni non item tribuere possumus. Nam quum omnis emendationis duplex sit fons, veteres libri et conjectura, ac Stephanus utroque sit usus; quid ab utroque sumtum sit raro memoratur; mutationes multae nulla idonea de caussa receptae; plurimae, nulla in Annotationibus facta mentione: libri veteres non diserte ac perspicue ad legentium notitiam significati ac designati, sed universe et obiter, si quando, *veterum librorum* nomine notati, ut totus hic in Stephaniana Editione fons dubiam et obscuram habeat auctoritatem. — Sed de Moralibus hic peculiariter dicendum. His praemittitur praefatio totius editionis: at nil dicitur de eius consilio et subsidiis librorum. Ordo *Moralium* libellorum novus est ac diversus ab Aldino ac Basileensi: alius etiam in Latinis: neuter certo judicio factus, sed e tempore natus, ut Stephanus, prouti cujusque libelli emendationem absolvisset, ita eum chalcographo excudendum daret. *Galba* et *Otho*, licet jam a Xylandro in Latina interpretatione ad Vitas relati, in Moralibus relicti sunt. Graecum ordinem, licet nullo judicio factum, nos tamen cum judicio secuti sumus. Latinae Interpretationes paucae sunt Xylandri: pleraeque priorum interpretum. — Adduntur postremo loco sparsim miscellaneae paucae animadversiones de vita, rebus, scriptis Plutarchi; et Index ille Plutarcheorum librorum, qui postea sub Lampriae nomine repetitus est in Graeco-Latinis Editionibus exemplo auctiore. — Haec satis produnt, totam hanc Editionem subiti ac tumultuarii fuisse consilii. Quum ex octoginta fere libellis non nisi quinque sint quibus Annotationes addiderit, in his ipsis factas a se mutationes pleraşque silentio praeteriit, nec nisi de iis dixit quas, praeter illas, adhuc faciendas judicaret. — Equidem viam, quae una mihi relinquebatur hujus indagandae notitiae, ingressus, tractatione Editionis Stephanianae, ejusdemque cum caeteris Editionibus, variarum lectionum Collectionibus, et codicum scriptorum excerptis, comparatione, satis mihi certa ratione comperisse videor unde et quibus e fontibus manaverit haec Stephaniana scripturae Plutarcheae constitutio. Ac primo quidem illud omni dubio caret, Stephanum secutum esse ac reddidisse Aldinam Editionem, ejusque exemplum mendis quoad ejus fieri pόterat purgatum chalcographo recudendum tradidisse. Nam, ut omittam, quod vel per se solum intelligenti cuique haud levem moveat suspicionem, Aldinas paginas editioni Stephanianae ad marginem appositas esse: typographica nonnulla menda, quae Stephani diligentiam in corrigendo Aldino exemplo effugerant, in Stephaniana editione relicta repetitaque sunt: veluti p. 244, A, συγκατώνησαν pro συγκατώκησαν: p. 585, F, ἡ Λύσις pro ὁ Λύσις: p. 689, E, μὲν αἰτίαν pro τὴν αἰτίαν. Haec ex multis tria sufficiunt; quippe quae, quum in Basileensi correcta sint, manifesto produnt, non hanc sed Aldinam a Stephano repetitam esse. Accedunt alia etiam argumenta. Stephanus plurimas, quas in *Moralium* contextum intulit, mutationes sumsit ex Jannotianis, Turnebianis, ac Schotti correctionibus. Atqui hae adscriptae erant exemplis Aldinis. — Ergo principem Stephanianae lectionis fontem censeo Aldinum exemplum correctionibus Jannotianis instructum: reliquos fontes, reliquos appello libros unde Stephanus correctiones sumsit suas. Igitur secundo loco ponenda videtur Schotti collectio; quippe cujus permultas lectiones in toto *Moralium* Opere a Stephano receptas deprehendi. Tertio, Exemplum Turnebianum, praesertim in *Symposiacis Quaestionibus;* quibus non alius Plutarcheus liber magis mutatus est a Stephano, susceptis plurimis et lectionibus et lacunarum supplementis, quae in uno notata Turnebiano Exemplo, et ab Amyoto versa deprehendimus. Quarto loco censenda est Interpretatio Gallica Amyoti. — Eorum, quae diximus, summa et conclusio haec est: Stephanum multos locos bène correxisse, multos perperam mutasse, utrorumque locorum ac fontium diserta significatione omittenda scripturam Plutarcheam dubiam reddidisse.“ Bibl. acad. et sen. Lips.

1599, f. mai. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.* PLVTARCHI CHAERONENSIS QVAE EXSTANT OMNIA, CVM Latina interpretatione Hermanni Cruserij: Gulielmi Xylandri, *ET DOCTORVM VIRORVM NOTIS* ET LIBELLIS VARIANTIVM LECTIONVM ex Mss. Codd. diligenter collectarum, *ET* INDICIBVS ACCVRATIS. FRANCOFVRTI, Apud Andreae Wecheli heredes, Claudium Marnium, & Ioannem Aubrium: M.D.XCIX. *Voll. II.* —— 12 *ff.* praefixa, 1076 oratio graeca versioque latina, 114 pp. notae, et 15 *ff.* Index, et 1 *f.* insigne typogr.; 4 *ff.*, 1147 pp. ora-

tio graeca et versio latina, 56 et 80 pp. notae, et 17 *ff.* index. Volumini primo, quod habet Vitas, praemissus est: Lamprias de scriptis Plutarchi; alterum volumen est Moralium. Accuratissime hanc editionem describit *Wyttenbachius* in praefatione sua ad Vol. I. p. CXV sqq. his verbis: „Graeco contextui Stephaniano iisdem paginis, interiore latere apposita et continuata est Latina Xylandri interpretatio, ab illo saepe dissentiens, modo in meliorem modo in deteriorem partem, certe ita facta ut Xylandreo contextui Graeco anni 1574, non Stephaniano accommodata esset. Ad calcem Graeco-Latini operis, accedunt Notae Xylandri, sed ordine librorum Aldino et Basileensi quem ipse Xylander in Latina interpretatione et Graeca Editione secutus erat: quae diversitas ordinis perquam et molesta legentibus Plutarchum et inter legendum subinde Notas Xylandri consulentibus. Sequuntur Stephani Annotationes. — Subiicitur Index variarum lectionum ex editionibus Aldina et Basileensi, item ex libris T. V. B. P. id est, Turnebi, Vulcobii, Bongarsii, Petavii." Hi libri non ad exemplum Stephanianum, sed ad hanc ipsam editionem Francofurtanam collati sunt. De hoc indice iudicat *Wyttenbachius* l. c. p. cxvii sq. hoc modo: „Variae lectiones illorum librorum perquam sunt mendose expressae in Francofurtano hoc Indice: lectiones plurimae easeque gravioris momenti, omissae. Utrumque intellexi comparatione librorum eorum, quorum mihi aderat copia, *Aldini*, *Basileensis*, *Turnebiani*. Multis etiam locis omissa est nota libri e quo lectio petita est. *Basileensis* liber est editio anni 1542; nam secundam Basileensem, id est, Xylandream anni 1574 ignorasse videntur Editores. De *Turnebiano* libro supra exposui: hujus lectiones ab Aldina dissentientes, quas Stephanus jam in contextum receperat, in hoc Indice omissae sunt: illae tantum quas Stephanus non receperat, memorantur, omissis tamen et harum plurimis. *Bongarsianus* habet ille quidem bonas lectiones, sed consentientes fere cum reliquis codicibus hujus Indicis; ut nulla ejus propria ac peculiaris censenda sit dos." Deinde p. cxix sq. hoc tulit iudicium: „Minime contemnendus est hic variarum lectionum Index, nec abjiciendus tamquam farrago quisquiliarum, ut facere ac dicere nonnulli solent. Sed hi fere sunt ii qui subito editionis emendationisve consilio in hunc Indicem tamquam in segetem se conjiciunt ubi pabulentur ac brevissimo tempore collectam scriptionis materiam auferant. Enimvero campus hic est horridus et incultus ubi sub herbis ac spinis latea[nt] semina, quae cum judicio delecta et e[...] rata, haud contemnendum ferant emend[a]tionis fructum. Haec editio bis deince[ps] repetita est, eodem exemplo, eodem p[a]ginarum ac versuum numero, eadem typ[o]rum forma; nisi quod utraque repetit[io] aliquid novae accessionis habuit." Hu[ic] variarum lectionum indici, inscr.: „[...] Plutarchi Chaeronensis Opuscula Vari[ae] Lectiones.", subiungitur alius isque br[e]vis index duarum paginarum ac dimidia[e] cuius titulus est: „Sequuntur quaedam i[n] ter Tomi hujus posterioris excusi cu[m] exemplari Petavii manuscripto collatione[m] observata, lectori non inutilia futura. Co[n]tinent enim cum mendarum quarundam ty[]pographicarum correctionem, tum judici[a] de locis quibusdam aliter legendis." *Wy[t]tenbachius* l. c. p. cxvi. de hoc altero in[]dice iudicat: „At mendarum quidem typ[o]graphicarm minima pars correcta est: ne[c] judicia de locis quibusdam aliter legendi[s] quidquam magnopere habent exquisiti [...] diligentis judicii." Bibl. sen. Lips.

1620, f. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡ[Ω]ΝΕΩΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.* PLV[]TARCHI CHAERONENSIS QVA[E] EXSTANT OMNIA, CVM *LATIN[A] INTERPRETATIONE HERMANN[I] Cruserii: Gulielmi Xylandri.* ACCEDIT NVNC PRIMVM LIBELLVS EIVS[]DEM DE Fluviorum Montiumque nomi[]nibus, cum versione Maussaci, ET *DO[]CTORVM VIRORVM NOTIS*, ET *LIBELLIS VARIANTIVM LECTIO[]NVM ex Mss. Codd. diligenter collecta[]rum*, ET *INDICIBVS ACCVRATISS.* Cum Gratia & Priuilegio S. Rom. Im[]per. Vicarij ad Annos XII. *FRANCO[]FVRTI*, In Officina Danielis Dauid[is] Aubriorum, & Clementis Schleichij. AN[]NO M. DC. XX. *II Voll.* —— 22 *ff.* prae[]fixa, 1076 pp., 1 *f.*, 92 pp. notae, p. 93–114 variae lectiones, 15 *ff.* index, et 1 *f.* cum insigni typ.; 4 *ff.* praefixa, 1164 pp. 72 et 80 pp. notae variaeque lectiones, at[]que 17 *ff.* index. Haec est antecedenti[s] editionis repetitio. Bibl. acad. Lips.

1624, f. PLVTARCHI CHAERO[]NENSIS OMNIVM QVAE EXSTANT OPERVM TOMVS PRIMVS, CONTI[]NENS VITAS PARALLELAS. Cum Latina Interpretatione CRVSERII, & XYLANDRI: ET Doctorum Virorum notis: ET Libellis variantivm Lectionum ex mss. Codd. diligenter collectarum: ET indicibus accuratiss. *Eiusdem Plutarchi Liber de Fluuiorum Montiumque nominibus,*

adhuc non editus: cum versione & notis XYLANDRI & MAVSSACI. ACCEDIT NVNC primum Plutarchi Vita, ex ipso, & aliis vtriusque linguae Scriptoribus, à IOAN. RVALDO collecta digestaque. Eiusdem RVALDI Animaduersiones ad insignia Plutarchi ψεύσματα, siue lapsiones II. & LXX. LVTETIAE PARISIORVM, Typis Regiis, apud Societatem Graecarum Editionum. M. DC. XXIV. — TOMVS SECVNDVS, CONTINENS MORALIA. Ic. II Voll. —— Praeter effigiem Ludovici XIII. equo insidentis et hostes in pugna sternentis, aeri incisam, quae ad dedicationem pertinet, praefixae sunt 42 pp., tit. falsus, 1076 pp. oratio graeca cum versione latina, 114 pp. Notae, et 22 ff. index; deinde habetur, praefixo titulo falso, Plutarchi vita, 150 pp., et 4 ff. index: Volumen II. complectitur 4 ff. praefixa, 1163 pp. oratio graeca cum versione latina, 84 pp. notae, 80 pp. variae lectiones, ubi autem p. 1 — 12 numero non sunt signatae, et 24 ff. index. In titulo ipso conspicitur male facta Plutarchi effigies. Wyttenbachius in sua praefatione p. CXX sq. de his duabus repetitionibus docet haec: „... est ... isti cum priore repetitione commune, quod in Moralium volumine ille minor index mendorum typographicorum emendationumque addititiarum simpliciter iterato redditur, qui omitti debuerat, suo quibusque loco mendis corrigendis et emendationibus apponendis. Iam vero menda typographica in quavis deinceps repetitione non quidem omnia sunt relicta, nec tamen omnia sublata, immo novis etiam aucta. Ebert quidem hanc editionem nitide typis expressam appellat, sed quae exx. equidem in manibus habui, nihil eius habuerunt. Aliquot exx. habere titulum novum Lugd. Bat., ap. Elzevir. MDCLIII. dicuntur; ego autem nullum eorum vidi. Editionem a. MDCXXIV. tantum titulum novum prioris editionis esse putat Harlesius in Fabricii Bibl. Graeca Vol. V. p. 207.

1774 — 1782, 8. PLUTARCHI Chaeronei quae supersunt omnia. Graece et Latine. Principibus ex editionibus castigavit, virorumque doctorum suisque annotationibus instruxit Io. Iac. Reiske. Lips. impensis Gotth. Theoph. Georgii. XII Tomi. —— 40 Th. Quinque prioribus voluminibus continentur Vitae, cum Bryani aliorumque notis integris; Reiskii ipsius itemque ac Palmerii Rualdique animadversiones in cuiusque vol. fine adiectae sunt; ultima V volumina implent Opera philosophica, adiectis notis Xylandri, Stephani, Reiskiique. I. C. G. Hesler, quem sibi sumsit libri redemptor, confecit editionem, cum Reiskius, vix Vitas edere aggressus, his nondum absolutis, eodem a. MDCCLXXIV. d. XIV. Aug., diem obierit. Reliqua duo volumina habent indices. Wyttenbachius in praefatione sua ad Vol. I. p. CXXVIII. dicit: „In ista [editione] Reiskius magis bibliopolae quam suum opus fecit, neque vero fecit, sed affecit. Subsidia librorum inedita quidem non habuit.“; attamen multa in vitiis emendavit.

1791 — 1805, 8. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. PLUTARCHI CHAERONENSIS, QUAE SUPERSUNT OMNIA. Cum adnotationibus Variorum adiectaque lectionis diversitate. Operâ I. Georgii Hutten, Philos. Mag. et Scholae Anatol. Tubing. Rectoris. Tubing., impensis Joannis Georgii Cotta. XIV Voll. —— Sex priora volumina habent Vitas; Vol. I. (CIƆIƆCCXCI.) XI, 498 pp.; Vol. II. III. (CIƆIƆCCXCII.) VI, 503, II, 468 pp.; Vol. IV. V. (CIƆIƆCCXCIII.) 452; IV, 426 pp.; Vol. VI. (CIƆIƆCCXCIV.) VI, 431 pp. Reliqua volumina sunt etiam inscripta: Plutarchi Operum Moralium et Philosophicorum. Vol VII. (CIƆIƆCCXCVI.) XXXIV, 466 pp.; Vol. VIII. (CIƆIƆCCXCVI.) X, 438 pp; Vol. IX. (CIƆIƆCCXCVII.) VIII, 452 pp.; Vol. X. (CIƆIƆCCXCVIII.) XXXIX, 400 pp.; Vol. XI. (CIƆIƆCCXCVIII.) XIV, 432 pp.; Vol. XII. (MDCCC.) XVI, 496 pp. Vol. XIII. (MDCCCI.) VIII, 407 pp.; Vol. XIV. (MDCCCIV.) VIII, 607 pp. 19 Th. Quamquam haec editio non satis correcte est typis descripta, atque magna ex parte ex Reiskii editione expressa, tamen non tam vilis habenda ea est, qualis esse plures dicunt. Adhibuit enim Huttenius subsidia nonnulla nova. Itaque eae censurae omnino non sunt verae, in quibus haec editio prorsus vituperabatur. Conf. ephem. litter. Jenens. 1795. IV. p. 373 sqq. 1797. II. p. 665 sqq. Oberdeutsche Lit. Zeit. 1797. I. II. p. 739 sqq. ephem. litter. Gothan. 1792. I. p. 26 sqq. Allgem. deut. Bibl. Vol. CVIII. P. I. p. 278 sqq.

Bb) *Scripta similis argumenti.*

AA. Vitae.

Aaa) Omnes.

1517, f. *ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΛΛΗΛΩΝ ΒΙΟΙ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΙ ΕΛΛΗΝΩΝ μθ'.* Sapientissimi Plutarchi paralellum (?), Vitae Romanorum & Graecorum Quadraginta nouem. *In fine f.* 344*a*: REGISTRVM. — a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z

& ɔ R A B C D E F G H I K L M N O P Q R Oēs sunt q̄terni p̄ter ɔ R q, sunt q,nterniōes. Diis auspicibus, Libro qui Vitae Plutarchi inscribitur, non sine maxima diligentia multorumqʒ antiquorum uoluminum continua lectione, summa manus imposita est. Florentiae in aedibus Philippi iuntae. Anno uirginei partus, humanaeqʒ Salutis. M.D.XVII. Die xxvii. mensis Augusti. Leonis X. Papae nostri anno quinto. —— 344 num. *ff.* et 1 *f.* cum Iuntae insigni typogr. Ut *Renouard* fatetur in suo libro: Annales de l'imprimerie des Aldes (Paris 1825, 8) T. III. p. 377, hanc editionem non vidit, quae rarissima esse videtur. Ex codice msto Marcelli Virgilii expressa est, at non eadem diligentia, qua par erat, curata. Typographus inscripsit librum: „MARCELLO VIRGILIO RRI. P. FLORENTINAE A SECRETIS PHILIPPUS IUNTA. S.", et dicit in epistola dedicatoria: „Non possum Clarissime Marcelle, nō publice tibi gratias agere cū & priuatim egerim, q, cum iam dudum aliquorum suasu qui plurimum graecis litteris incūbunt, Plutarchi Cheronei uitas in nostra officina excudere cogitauerim, essetq; mihi impedimento q, optimo exemplari carerem, tu ob egregium tuum in litteras amorem .... codicem tuum ad communem studiosorum utilitatem, castigatissimum, nobis commodasti .... sanauimus enim tuo exemplari tot uulnera ut si ipse Plutarchus reuiuiscat non aliter se scripsisse fateatur." Iunta ipse editionem pretio duorum ducatorum vendidit, v. *I. Heumanni* Documenta litter. (Altorf. 1758, 8) p. 524. Bibl. acad. Lips.

1519, f. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ ΕΝ ΒΙΟΙΣ ΈΛΛΗΝΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ. μθ'.* PLVTARCHI QVAE VOCANTVR PARALLELA. HOC EST, VITAE ILLVSTRIVM VIRORVM GRAECI NOMINIS AC LATINI, PROVT QVAEQVE ALTERI CONVENIRE VIDEBATVR DIGESTAE. *Infra Aldi insigne typ., inscr.* ALDVS || M. R. *In fine:* ✠ aa bβ cγ dδ εε ff ζζ gη hθ iι kκ lλ mμ nν oξ po qπ rρ ſσ tτ uυ xφ yχ zψ aaαα bbββ ccγγ ddδδ eeεε ffζζ ggηη hhθθ iiιι kkκκ llλλ mmμμ nnνν ooξξ ppoo qqππ rrρρ ſſσσ ttττ uuυυ. Oēs Quaterniones pter ✠ Duernionem, & uu Quinternum. VENETIIS IN AEDIBVS ALDI, ET ANDREAE SOCERI, MENSE AVGVSTO. M.D.XIX. —— 4 *ff.* praefixa, quorum ult. vacat, 345 num. *ff.*; et 1 *f.* cum insigni Aldi typ. et subscriptione. Hoc volumen inscripsit: „FRANCISCVS ASVLANVS PETRO BEMBO LEONIS. X. PONT. MAX. A SECRETIS SALVTEM P. D." et dicit in hac dedicatoria epistola haec: „sunt autem quas uitas appellant, non certe omnes quotcunq: olim conscripsit. quin neq; omnes illius. nam & Euagoras Isocratis est, & Agesilaus Xenophontis, sed quae paulo ante Florentiae nullo ordine uelut tumultuaria opera in lucem exiuerant. equidem ut plures numero inuenire non potui: ita multum & scripturae castigatione, & ordine hoc, quem à Plutarcho etiam seruatum fuisse contenderim propter seriem temporum Romanorum: libri totius pulchritudini afferre conatus sum. sustulissem profecto Agesilaum, atque Euagoram: nisi ita iam obtinuisset consuetudo: ut quae posterius imprimantur non diminuta sed auctiora, si fieri possit, existant. Factum est itaque necessitate potius quàm consilio, ut prudens admodum in hoc munere dando uiderer. quando nullum magis te dignum tota officina, ut arbitror, reperire potuissem." Huius editionis duae diversae classes esse videntur, ut *Reiskius* ad varias lectiones ab Bryane allatas, collatis cum iis, quas ipse repererat, Vol. I. p. XXIV. contendit. Hae enim diversitates tam multae sunt, ut errore collationis prodire non potuissent. His observatis, *Renouard* in libro suo: Annales de l'imprimerie des Aldes (Paris 1825, 8) T. I. p. 207 docet haec: „Ayant examiné cinq exemplaires qui tous se sont trouvés d'une même édition, je ne puis indiquer précisément comment on peut distinguer l'une de l'autre, ainsi que je l'ai fait au Démosthène. Je me borne à faire remarquer que celle q'on peut regarder comme la première, paroît faite d'après celle de Phil. Junta, 1517, in-fol. La seconde, au contraire, contient des leçons bien différentes, et le texte en est plus épuré. C'est cette dernière qui a été la base des réimpressions ultérieures de Basle, 1533, de H. Estienne, et autres: elle est effectivement bien supérieure, à celle de Ph. Junta."

1533 (*non* 1530), f. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ ΕΝ ΒΙΟΙΣ ΕΛΛΗΝΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ.* PLVTARCHI QVAE VOCANTVR PARALlela: hoc est, uitae illustrium uirorum graeci nominis ac latini, prout quaeque alteri conuenire uidebatur, accuratius quàm antehac unquam digestae. BASILEAE M.D. XXXIII. *In fine f.* 369 *b*: *Εν βασιλειᾳ της γερμανιας παρ' ἀνδρειᾳ τῳ κρατανδρῳ και ἰωαννῃ τῳ βεβελιῳ, ἐτει ἀπ' της θεογονιας αφλγ'.* —— 4 *ff.* praefixa, 369 num. *ff.*, et 1 *f.*, in cuius pag. aversa est insigne typogr. Sicut ex praefatione apparet, hanc editionem videtur curasse *Simon*

Grynaeus; praefatus enim est, sed nihil quod ad Plutarchum pertineat, cuius ne nomen quidem memoratur. *Wyttenbachius* in sua praefatione ad Vol. I. p. LXXXVII. de hac vitarum editione iudicat: „Quidquid ... ipsius cognovi editionis usu, ac totum fere huc redit, ut affirmare possim corrigendae scripturae provinciam diligenter administratam esse idque ab homine haud indocto: typographica Aldinae menda, exceptis paucissimis, sublata: graviora vetera menda, quae quidem unius aut paucorum depravatione verborum constarent, nonnulla, nec multa tamen, correcta: lacunas vero expletas nullas.“ In *Eberti* Allgem. bibliograph. Lex. no. 17413 annus 1530 male legitur; hunc *Schweiger* secutus est. Bibl. acad. Lips.

1560, f. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ ΕΝ ΒΙΟΙΣ ΕΛΛΗΝΩΝΤΕ, ΚΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ. PLVTARCHI CHAERONEI QVAE vocantur. Parallela: hoc est, Vitae illustrium virorum Graeci nominis ac Latini, prout quaeque alteri conuenire videbatur, accuratius quàm antehac vnquam digestae & castigatae. (Infra est insigne typogr. inscr.:)* FRO||BEN. *Infra:* BASILEAE M.D.LX. *Pag.* 878 *etiam legitur:* BASILEAE EX OFFICINA FROBENIANA PER HIERONYMVM FROBENIVM ET NICOLAVM EPISCOPIVM M.D.XLII.(?) *Fol. ult. b habet insigne typ., ut in fronte est.* —— 4 *ff.* praefixa, 878 pp. Ebert indicat no. 17414 male 787 pp. Bibl. acad. Lips.

1723 — 1729, 4. PLUTARCHI VITAE PARALLELAE cum Singulis aliquot. Graece et Latine. Adduntur Variantes Lectiones ex Mss. Codd. Veteres & Novae, Doctorum Virorum Notae & Emendationes, Et Indices accuratissimi. Recensuit Augustinus Bryanus. Londini, Ex Officinâ Iacobi Tonson & Iohannis Watts. *V Voll.* —— 7 *ff.* titulus atque praefatio; 6 *ff.*: Chronologia Daceriana, Plutarchi vitis accommodata; 4 *ff.*: de Plutarcho ex Fabricii Bibl. graeca aliisque; 3 *ff.*: de Plutarcho elogia; 13 *ff.*: Variae lectiones ex Codice Germanensi, 415 et 105 pp. *Tom. II.* 594 pp. *Tom. III.* 590 pp. *Tom. IV.* 611 pp. *Tom. V.* 468 pp. et 30 *ff.* indices. Fundamentum huius editionis est Francofurtiana editio, ex qua variae lectiones recusae sunt, additis novis ex codice msto Bibliothecae Sanct. Germain. et quinque aliorum Bodleianorum. Post mortem Bryani edidit *Moses de Soul* volumen IV. et V. Volumen primum est inscriptum MDCCXXIX., vol. II. III. IV. a. MDCCXXIII., et vol. V. a. MDCCXXIV. Effigies eorum, quorum vitae sunt descriptae, ex nummis delineatae exhibentur. Bibl. sen. Lips.

1809 — 1815, 8. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΒΙΟΙ ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΙ, οἷς προσετέθησαν σημειώσεις και των Αὐτοσχεδίων ϛοχασμων περι της Ἑλληνικης παιδειας, και γλωσσης ἀκολουθια. Φιλοτιμῳ δαπανῃ των ἀδελφων Ζωσιμαδων. Ἐν Παρισιοις, ἐκ της τυπογρ.* I. M. *Ἐβεραρτου. ΑωΘ'* sqq. *VI Voll.* —— Cum figg. 108 *franc.* Non solum aliorum suisque coniecturis, sed etiam aliis subsidiis litterariis, atque in his metaphrasi Amyoti gallica, usus est *Adam. Coraes* in emendando et mutando texto. Septuaginta exx. in ch. m. typis descripta sunt.

1812 — 1814, 12. PLVTARCHI VITAE PARALLELAE. Ad optimorum librorum fidem edidit Gf. H. Schaefer. Lips. sumptibus et typis C. Tauchnitzii. *IX Voll.* —— 4 *Th.* 12 *Gr.*, nunc 2 *Th.* 6 *Gr.*; ch. mel. 6 *Th.* 18 *Gr.*

1820 — 1821, 8. PLVTARCHI VITAE PARALLELAE. Nova editio accvrata in vsum praelectionvm academicarvm et Scholarvm. Lips., svmtib. I. A. G. Weigelii; Lvgd. Bat. ap. S. et I. Luchtmanns. *IX Voll.* —— 4 *Th.* 12 *Gr.*, nunc 2 *Th.* 6 *Gr.* Adpicti sunt paginarum numeri editionis Francofurtianae.

1825 — 1830, 12 mai. Plutarchi vitae. Curavit Gf. H. Schaefer. Lips., Teubner. *VI Voll.* —— IV, 450; 510; 495; 426; 344; ... pp. 7 *Th.*, ch. mel. 10 *Th.* 18 *Gr.* Correcte typis descripta editio est, sed laborat iisdem vitiis, quae priores editiones habent. *Schaeferus* enim neque nova subsidia critica, neque alia optimorum litteraria adhibuit. In notis tantum nuperrimus editor Plutarchi *Sintenis* in editione Periclis excurs. I. p. 269 sq. aliter ac omnes priores huius editionis iudices, qui magno cum plausu eam acceperunt, edicit haec: „Aegre dico, sed tamen dicendum est, *Caroli* (!) *Henrici Schaeferi* opera in Plutarcho posita non tantum effectum esse, quantum a tali viro exspectari poterat aut debebat adeo, siquidem quot locis pro acumine ac doctrina sua bene rem gessit in emendando, totidem fere, ut taceam coniecturarum insignem multitudinem temere receptarum, negligente et incauto usu praesidiorum, quot a libris parata sunt non emendavit sed interpolavit Plutarchum. Accipiat quisque ut volet: scio quid dicam, dicendum autem tanto magis putavi, quo pauciores et editionis illius indolem cognitam habent accuratius et de critico-

rum fide subsidiorum cogitarunt: ne eos commemorem, quos iusta alioquin tanti viri admiratio in hac caussa occaecavit. Attigi hanc rem iam nuper quum epistolam ad Godofredum Hermannum scriberem editam duobus abhinc annis una cum vita Themistoclis, ibique cum alios patefeci Schaeferi errores in librorum manuscriptorum usu, tum luculenter, opinor, demonstravi de codicibus Bodleianis primo ac secundo, ita interpolatis, ut paene indigneris talem ac tantum virum fere ubivis sordes eorum potuisse commendare. Nunc de alia re dicendum est, coniuncta tamen cum illa, quoniam et ipsa in crisi recte instituenda plurimum habet momenti et minus perspecta est a Schaefero. Nam quam tum praetermittebam lectionum Anonymi, qui dicitur, censuram, sperans fore, ut copiis quibusdam criticis Parisiis ad me allatis certius de iis iudicare possem, eam, quamvis ne nunc quidem acceperim quae exspectabam, diutius retinere nolui, quoniam vel sic probabiliter de multis demonstrare posse mihi videor quod valere arbitror nisi de omnibus, certe de plurimis, nihil eas esse nisi coniecturas vel interpretationes magis minusve probabiles. Ac fuerunt iam olim quibus admodum suspecta esset earum lectionum fides, quorum Reiskium hic nomino solum etiam infra a nobis commemorandum, nec defuerunt nostra memoria, qui idem monerent. Ac sane tam aperta res est, ut ne eos quidem fugere debeat, qui, ut verba Wyttenbachii in simili caussa mea faciam: „subito editionis emendationisve consilio in hunc indicem tamquam in segetem se coniiciunt, ubi pabulentur ac brevissimo tempore collectam scriptionis materiam auferant.“ Schaeferus tamen quoniam festinabat non dicam ipse quaesivit de pretio ac fide earum lectionum, sed aliorum admonitiones ita neglexit, ut non dubitasse videatur, quin ex libris manu scriptis sint petitae multisque earum aut commendandis aut recipiendis interpolaverit Plutarchi verba. Quamquam pertinet haec culpa etiam ad alios quosdam Plutarchi editores, quorum magna in miscenda scripturae varietate fuit levitas. Ea enim factum est, ut non paucis in locis quae uni alicui viro docto in mentem venit coniectura uno et altero confirmari dicatur libro manu scripto.“

Bbb) Plures delecti.

1544, 8. Ex PLUTARCHI Parallelis; Agesilai et Pompei vita, Graece. Paris., apud Antonium Augerellum, sub signo D. Iacobi, viâ ad S. Iacobum. M. D. XLIV.

1744, 8. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΚΑΙ ΚΙΚΕΡΩΝ.* PLVTARCHI Vitae Demosthenis et Ciceronis parallelae, nunc primum separatim editae. Graeca recensuit, Latine reddidit, Notis illustravit Philippus Barton, A. B. Coll. Nov. Socius. Oxon., e typographeo Clarendoniano. —— 3 *sh.* 6 *d.*, ch. m. 1 *L.* In Anglia magni habetur.

1747, 8. Vitae selectae parallelae PLUTARCHI. In usum collegii Brunsvic. iussu et impensis Ducis Brunsvic., graecis (ut ait) marginalibus nunc primum elaboratis cum praefatione editae a Guil. Ch. Iusto Chrysandro. Helmstad.

1761, 8. Plutarchi Vitarum parallelarum Delectus. Graece et Latine, cum variantibus Lectionibus et doctorum Virorum notis. Dublinii. *III Voll.* —— Aliquot exx. etiam in ch. m. sunt impressa.

1761, 12. *Πλουταρχου βιοι παραλληλοι Θεμιστοκλεους και Καμιλλου, Αλεξανδρου και Καισαρος.* Plvtarchi Vitae Parallelae Themistoclis et Camilli, Alexandri et Caesaris, in vsvm Ivventvtis indice copioso illvstratae, a Lvd. Adolpho Bavmann. Hal., Orphanoph. MDCCLXI. —— II, 265 pp. et 15 *ff.* index. Rep. 1779.

1779, 12. — Altera editio. Hal., Orphanoph. MDCCLXXIX. —— 8 *Gr.* V. 1761.

1788, 8. PLUTARCHI Vitae Parallelae Themistoclis et Camilli, Alexandri et Caesaris, ad optimas editiones expressae, selectisque variorum notis illustratae. In usum Iuvenum graecae linguae studiosorum curavit C. H. Joerdens. Berol., Vieweg. —— *V.* 1797.

1789, 8 mai. Plutarchi Theseus et Romulus, Lycurgus et Numa Pompilius. Recensuit, explicavit indicibusque necessariis instruxit E. H. Leopold. Lips., Fritsch. —— 1 *Th.* 4 *Gr.* nunc 16 *Gr.*

1794, 8. Plutarchi vitae Demosthenis et Ciceronis, cum notis Wyttenbachii. —— *V.* eius delectum inscr.: *Ἐκλογαι ἱστορικαι.* Amstél. Rep. 1808.

1795, 8 mai. PLUTARCHI Marius, Sulla, Lucullus et Sertorius. Recensuit, explicavit, chronologia rerum memorabilium indicibusque necessariis instruxit E. H. G. Leopold. Lips., Fritsch. 1795. —— XXVI, 566 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.*, nunc 18 *Gr.* *Leopold* pro suo tempore multum praestitit, plus tamen in explicandis rebus et sermone, quam in arte critica exercenda.

1795, 8. PLUTARCHI Demosthenes et Cicero. In usum iuventutis literarum graecarum studiosae. Cum adnotationibus variorum adiectaque lectionis diversitate et indicibus necessariis. Opera I. G. Hutten. Tubing., impensis I. Ge. Cottae CIↃIↃCCICV. —— VI, 264 pp. 16 *Gr.* V. 1820.

1797, 8. PLUTARCHI vitae parallelae Themistoclis et Camilli, Alexandri et Caesaris. Ad optimas editiones expressae selectisque variorum notis illustratae. In usum juvenum graecae linguae studiosorum curavit C. H. Joerdens. Editio nova, cui indicem locupletissimum verborum et nominum adjecit I. H. Ch. Barby. Berol., Vieweg. — 266, 71 pp. 14 *Gr.*

1800, 8. Plutarchs Timoleon, Philopoemen, die beiden Gracchen und Brutus. Zum Schulgebrauch herausgegeben mit kurzen Anmerkungen und einem erklärenden Wörterverzeichniss, von Gabr. Gf. Bredow. Altona, bei Hammerich. 1800. —— VIII, 218 pp. et 1 *f.* Corrigenda. 20 *Gr.* Rep. 1815.

1804, 8. Plutarchi vitae parallelae Alexandri et Caesaris. Commentarium iuventuti Φιλέλληνι scriptum adjecit F. Schmieder. Hal. Magdeb. sumtibus Io. Iac. Gebaueri. 1804. —— VIII, 360 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.* Critice haec editio multum valet.

1808, 8. Plutarchi vitae Ciceronis et Demosthenis, cum notis Wyttenbachii. — *V.* eius delectum inscr.: Ἐκλογαι ἱστορικαι. Edit. altera. Amstelod. *V.* 1794 et 1820.

1812, 8. Plutarchi Chaeronensis Vitae Timoleontis, Gracchorum et Bruti. Animadversionibus instruxit F. Wilh. Fabrici. Lips., sumt. Schwickert MDCCCXII. — IV, 180 pp. 16 *Gr.* Delectum animadversionum priorum interpretum, adiectis suis notis, dedit editor, qui pseudonymus est, et *Reisigium* fuisse suspicatur. V. *Schaeferi* editionem novissimam T. I. p. 399, 7.

1813, 12. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΒΙΟΣ ΣΥΛΛΑ. Vie de Sylla, suivie du parallèle de Lysandre et de Sylla, par PLUTARQUE. Texte grec, avec notes, sommaires, variantes, et index, par I. B. Gail. à Paris, impr. de Delalain. —— Rep. 1822.

1814, 12. Vie de Sylla, suivie du parallèle de Lysandre et de Sylla par Plutarque. Paris, impr. de Eberhardt.

1815, 8. — Zweite vermehrte und verbesserte Ausgabe. Altona, Hammerich. — 236 pp. 20 *Gr.* Hanc novam editionem post Bredovii mortem curavit *Kunisch*, atque usus est collatione codicis olim Palatini, postea in Bibliothecam Vaticanam, deinde, in Bibl. Parisinam translati, ad vitam Timoleontis atque Bruti. Conf. ephem. litter. Jenens. 1815. supplem. no. 69. *V.* 1800 et 1821.

1820, 8. — Editio secunda. Tubing., Cotta. —— 16 *Gr.* V. 1795.

1820, 8. Plutarchi Vitae Demosthenis et Ciceronis, cum notis Wyttenbachii. —— *V.* eius Ἐκλογαι ἱστορικαι. Amstelod. *V.* 1808 et 1827.

1821, 12. Plutarchi vitae Tiberii et Caii Gracchorum, graece in usum studiosae juventutis, curante Eduardo Leprieur. Paris, impr. de Delalain.

1821, 8 mai. — Dritte vermehrte und verbesserte Ausgabe. Altona, Hammerich. —— 238 pp. 20 *Gr.* Non omnia editor *I. G. Kunisch*, ratione habita ad artem criticam, praestitit, quamquam secundis suis curis interpretationem passim emendavit. In vita Timoleontis atque nonnullis locis Philopoemenis novas varias lectiones adhibuit interpres, sed non ea cura, qua par erat.

1822, 12. — Paris, imp. de Delalain. —— *V.* 1813.

1824, 12. Vie de Cicéron, suivie du parallèle de Cicéron et de Démosthène, par Plutarque. Edition collationnée sur les textes les plus purs. Par Jos. Planche. Paris, impr. de Cosson.

1824, 12. Vie de Sylla, suivie du parallèle de Lysandre et de Sylla, par Plutarque. Edition collationnée sur les textes les plus purs. Par Jos. Planche. Paris, impr. de Cosson.

1826, 8. Plutarchi Philopoemen, Flaminius, Pyrrhus. Textum e codd. recognovit, perpetua annotatione instruxit, dissertationes de fontibus harum vitarum praemisit J. C. F. Baehr. Lips., Hahn. —— 78, XIV, 261 pp. 1 *Th.* Editor usus est quatuor codicibus mstis, quos etiam in textu constituendo secutus est. Inprimis assidue interpretatus est textum, respiciens ad Plutarchi usum dicendi. Conf. ephem. litter. Lips. 1828. p. 2185 sqq. *Iahnii* Annal. 1826. I. p. 263 sqq. *Seebodii* Krit. Bibl. 1827. p. 992 sqq. 1828. p. 708 sqq. ephem. litter. Jenens. 1829. no. 57. p. 449 sqq. Textus, qui dicitur, etiam separatim venditur, 78 pp., 6 *Gr.*, atque animadversiones pretio 18 *Gr.*

1827, 8. Plutarchi Vitae parallelae Demosthenis et Ciceronis. Ex recensione Wyttenbachii passim emendatae in usum

scholarum separatim editae. Lips., Hartmann (*nunc* Lehnhold). —— VI, 73 pp. 7 *Gr.* Ex *Wyttenbachii* Select. princip. histor. sive Eclogis histor. solus textus emendatior editus est.

1827, 8. Plutarchi Vitae Demosthenis et Ciceronis, cum notis Wyttenbachii et Bartoni commentario. —— V. *Wyttenbachii Ἐκλογαι Ἱστορικαι*; Selecta principum Historicorum. Lips., Hartmann (*nunc* Lehnhold). *V.* 1820.

1829, 8. Plutarchi vitae parallelae Demosthenis et Ciceronis. Graeca recognovit et in usum scholarum edidit C. H. Frotscher. Lips., Kühn. —— XXVIII, 96 pp. 9 *Gr.* *Schaeferi* textum, paucis mutatis, recudi iussit editor. Conf. Annal. Heidelb. 1831. p. 203 sqq.

1830, 8 mai. Plutarchi Aristides et Cato maior. Ex codd. et editt. veteribus recensuit et animadversionibus criticis instruxit Car. Sintenis. Accedunt Adamantii Corais annotationes selectae. Lips., libr. Hahn. MDCCCXXX. —— XXVIII, 122 pp. 12 *Gr.* Adhibitis tribus codicibus mstis et editionibus veteribus textum denuo constituit editor. Conf. ephem. litt. schol. 1832. II. no. 123 sqq. ephem. litt. Halens. 1832. supplem. no. 66.

1831, 12. Plutarque: Vie de Cimon, suivie du Parallèle de Cimon et de Lucullus. Texte grec avec sommaires et notes en français. Par M. A. Mottet. Paris, Delalain.

1832, 12. Vie d'Alcibiade, suivie du parallèle d'Alcibiade et de Coriolan, par Plutarque. Texte grec, avec sommaires et notes en français. Par E. G. Paris, Delalain. —— 1 *fr.* 50 *cent.*

1832, 8 mai. Plutarchi vitae Aemilii Pauli et Timoleontis. Verba scriptoris ad librorum antiquorum fidem recognovit, varietatem lectionis, commentarios et tabulas chronologicas adiecit I. C. Held. Solisbaci, sumtib. I. E. de Seidel. 1832. —— XX, 564 pp. 2 *Th.* 16 *Gr.* Ad codices praecipue orationem graecam emendavit; deinde eam luculenter magnis subsidiis adiutus, illustravit. Conf. ephem. litter. scholast. univ. 1833. no. 74. 75. 76.

1833, 8 mai. Plutarchi Vitae decem Oratorum. Recognovit annotationem criticam et commentarios adiecit Antonius Westermann. Accedit de auctore et auctoritate vitarum decem oratorum commentatio. Quedlinburgi et Lipsiae sumtum fecit libr. Thd. Beckeri. MDCCCXXXIII. —— XII, 100 pp. 18 *Gr.* Omnia fere subsidia litteraria editor, quae auxilium ipsi ferre potuerunt, adhibuit; collegit enim etiam notas singulas virorum doctorum ex iis libris, qui praeterea nihil ad Plutarchum pertinens habent. Maximi non solum commentarius sed etiam praemissa commentatio aestimanda est. Hunc esse librum Plutarchi ostendere Westermannus conatus est, consentiens *Alb. Gerh. Beckero*, qui de eadem re disputat in libro suo: Andokides übersetzt u. erläutert. p. 111—132. Conf. *Bährium* in Annal. Heidelberg. 1834. fasc. VI. p. 568 sqq. et *Carolum Sintenis* in ephem. litter. Scholast. 1835. no. 4. 5.

Ccc) Singulae vitae.

1) Alcibiades.

1822, 8 mai. Plutarchi Alcibiades. Textum e Codd. Parisinis recognovit, perpetua annotatione instruxit, dissertationem de fontibus huius vitae praemisit I. Ch. Fel. Baehr. Heidelberg. et Lips., sumt. C. Groos *etc.* 1822. —— XXXII, 280 pp. 1 *Th.* 16 *Gr.* Textum, quem dicimus, emendatum exhibere voluit editor, adhibitis a se collatis codicibus mstis. Paris., de quibus in praefatione libro praemissa exposuit. Attamen nullas coniecturas, nec suas nec aliorum recepit, atque fundamentum editionis fecit Schaeferianum textum. Commentarius exhibetur a texto seiunctus a pag. 53 sqq., quo omnia fere illustrantur. Conf. tamen Annal. Heidelb. 1822. fasc. XI. p. 1091 sq. *Seebodii* Kritische Bibliothek 1824. p. 416 sqq. ephem. litter. Jenens. 1824. no. 208, et *Iani Bakii* censuram in Bibl. crit. nova Vol. II. p. 76—104.

2) Agesilaus.

1812, 8 mai. Plutarchi Agesilaus et Xenophontis Encomivm Agesilai. In Scholarvm vsvm edidit, notis et indice illvstravit Detl. C. Gu. Baumgarten-Crusius. Lips. in bibliop. Gerh. Fleischeri iun. clɔlɔcccxii. —— VIII, 188 pp. 16 *Gr.*

1820, 12. Plutarchi vita Agesilai; in usum gallicae et graecae juventutis, curante C. Nicolo Poulo. Paris., impr. A. Delalain.

1829, 12. Vie d'Agesilaus. Par Plutarque. Edition collationnée sur les textes les plus purs avec des sommaires, des argumens et des notes grammaticales, historiques, géographiques, par E. Lefranc. à Paris, Belin-Mandar et Devaux.

3) Marcellus.

1832, 12. Vie de Marcellus, par Plutarque; texte grec, avec sommaires

et notes en français. Par E. G. Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.* 50 *cent.* Sintenis in excursu I., adnexo suae editioni Periclis vitae, p. 281 dicit haec: „Omnium vitarum facile corruptissima vita Marcelli est: cuius rei complures sunt caussae, quas hic exponere longum est. Sed est ea etiám ab interpretibus peius tractata quam reliquae; habeo in eam quinque librorum mscr. scripturas ex quibus complures loci rectius poterunt constitui.“

4) Cicero.

1813, 12. Vie de Cicéron, par Plutarque; texte grec, avec sommaire, notes et variantes, par I. B. Gail. à Paris, impr. d'Aug. Delalain.

1827, 12. Vie de Cicéron, par Plutarque. Texte grec, revu et corrigé par G. Duplessis. à Paris, chez Maire-Nyon.

1830, 12. Vie de Cicéron, par Plutarque. Texte grec, traduite et expliquée en français par Ricard, revue par M. Delaistre. Paris, A. Delalain. —— 4 *fr.* 50 *cent.*

1833, 12. Vie de Cicéron, par Plutarque. Texte grec avec sommaires et notes par E. G. Paris, Delalain. —— 1 *fr.* 25 *cent.*

5) Antonius.

1813, — 1824, 12. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΒΙΟΣ ΑΝΤΩΝΙΟΥ.* Vie d'Antoine, par Plutarque. Texte grec, avec notes, sommaire, variantes et index par J. B. Gail. Paris, impr. d'Aug. Delalain.

1824, 12. Vie d'Antoine, par Plutarque. Edition collationnée sur les textes les plus purs. Par Jos. Planche. Impr. de Cosson.

6) Demosthenes.

1813, 12. Vie de Démosthène par Plutarque; texte grec, avec sommaires, notes et variantes, par J. B. Gail. à Paris, impr. d'Aug. Delalain.

1830, 12. Plutarque. Vie de Démosthène, expliquée en français, *etc.* Traduction de D. Ricard, revue par M. Geruzez. Paris, A. Delalain. —— 4 *fr.* 50 *cent.*

7) Marius.

1815, 8. Vie de C. Marius, par Plutarque, texte grec avec notes et variantes par J. B. Gail. Paris, Delalain. —— 1 *fr.* 25 *cent.*

1616, 12. Vie de C. Marius, par Plutarque, texte grec, par M. Zalyk de Thessalonique, à l'usage des élèves. Paris, impr. d'Eberhard. —— 1 *fr.* 25 *cent.*

1825, 12. Vie de C. Marius. Par Plutarque. Texte grec. Paris, impr. d'Eberhard, chez Thomine. —— 1 *fr.*

1826, 12. Vie de C. Marius, par Plutarque, texte grec, avec analyses et notes en français, suivie d'une table des matières. Par V. H. à Paris, impr. d'Aug. Delalain. —— 1 *fr.* 80 *cent.*

1826, 12. Vie de C. Marius, par Plutarque, grec-latin, avec analyses et notes en français, suivie d'une table des matières. Par V. H. à Paris, impr. d'Aug. Delalain. —— 3 *fr.* 50 *cent.*

1829, 12. Plutarque. Vie de C. Marius, expliquée en français. Traduction de Ricard, revue par M. Genouille. Paris, A. Delalain. —— 4 *fr.* 50 *cent.*

1831, 12. Vie de C. Marius. Par Plutarque. Texte grec, revu et corrigé par un ancien professeur, avec sommaires français et notes. Paris, Maire-Nyon.

8) Pompeius.

1821, 12. Plutarchi vita Pompeii. Graece. Paris., Delalain.

1827, 12. Vie de Pompée, par Plutarque. Texte grec, avec sommaires et notes en français. Par V. H. à Paris, imp. d'Aug. Delalain. —— 1 *fr.* 80 *cent.*

1828, 12. Vie de Pompée. Par Plutarque. Edition collationnée sur les textes les plus purs, avec des sommaires, des argumens, des notes grammaticales *etc.* Par E. Lefranc. à Paris, chez Belin-Mandar et Devaux.

9) Sertorius.

1812, 12. Vita Sertorii, auctore Plutarcho. Graece. Paris., impr. Delalain. —— 1 *fr.*

1812, 12. Vie de Sertorius. Par Plutarque. Grec et Latin, avec notes et index, par J. B. Gail. Paris, Delalain. —— 2 *fr.* 25 *cent.*

1822, 12. Vita Sertorii, auctore Plutarcho, graece. Notis et indice illustravit I. B. Gail. Paris., impr. A. Delalain.

1833, 12. Vie de Sertorius, par Plutarque. Texte grec, avec sommaires et notes en français, par M. A. Mottet. à Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.* 50 *cent.*

10) Sylla.

1813, 12. Vita L. Sullae, auctore Plutarcho. Paris., impr. A. Delalain.

1830, 12. Plutarque. Vie de Sylla, expliquée en français. Traduction de Ricard, revue par M. Genouille. Paris, A. Delalain. —— 4 *fr.* 50 *cent.*

11) Pyrrhus.

1830, 12. Plutarque. Vie de Pyrrhus, texte grec et traduction de D. Ricard, avec analyses et notes en français, revue par M. Genouille. Paris, A. Delalain. —— 3 *fr.*

1830, 12. Vie de Pyrrhus, par Plutarque, texte grec, avec analyses et notes en français. Par M. Genouille. à Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.* 50 *cent.*

12) Lucullus.

1821, 12. Plutarchi vita Luculli. Graece, in usum gallicae et graecae iuventutis. Paris., impr. A. Delalain.

1830, 12. Vie de Lucullus. Par Plutarque. Edition collationnée sur les textes les plus purs, avec des sommaires, des argumens, et des notes grammaticales, historiques, géographiques. Par E. Lefranc. à Paris, Belin-Mandar et Devaux.

13) Caesar.

1820, 12. Plutarchi vita C. Iulii Caesaris, in usum gallicae et graecae juventutis, curante C. Nicolo Poulo, Smyrnaeo. Paris., impr. A. Delalain.

1825, 12. Plutarchi vita Caii Julii Caesaris. Paris., impr. d'Eberhart. —— 1 *fr.* 50 *cent.*

1831, 12. Plutarque. Vie de C. J. César, expliquée en français par M. Beleze. à Paris, A. Delalain. —— 5 *fr.*

14) Pericles.

1820, 12. Plutarchi vita Periclis; in usum gallicae et graecae juventutis, curante C. Nicolo Poulo. Paris., impr. A. Delalain.

1828, 12. Plutarque. Vie de Péricles, en grec et en français; precédée d'une dissertation sur l'art de traduire. Par H. Lecluse. à Toulouse, chez Vieusseux.

1829, 12. — Texte grec. Edition revue par H. Lecluse. à Toulouse, chez Vieusseux.

1835, 8. Plutarchi Pericles. Recensuit et commentariis suis illustravit Carolus Sintenis. Accedunt excursus. Lipsiae sumtibus Caroli Focke. MDCCCXXXV. —— VI, 330 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.* In hac paranda editione, in qua oratio Plutarchi graeca, subiectis variarum lectionum notis, legitur p. 1—52, et p. 53—266 commentarii editoris exhibentur, praeter alia subsidia, editor usus est duorum codicum mstorum variis lectionibus, quas ei ipsi tradiderunt *I. C. Heldius* et *I. Ch. Baehrius.* Subiunxit deinde editor p. 267—321 quinque excursus, quorum primus est inscriptus: Anonymi, qui dicitur, lectionum fides et auctoritas examinantur; secundus autem (p. 298 sqq.): De fragmentis Cratini comici; tertius (p. 302 sqq.): Quo ostenditur Aelium Aristidem nonnulla ex Plutarcho in rem convertisse suam; quartus (p. 305 sqq.): De εἰς praepositionis usu quodam; quintus (p. 313 sqq.): De Idomenei Lampsaceni vita et scriptis. Deinde p. 322 sqq. exhibetur: Index rerum et verborum, et p. 330 in calce aliquot Corrigenda. Sintenis rem suam, ratione habita et artis criticae et explicationis rerum, bene agit.

15) Aristides.

1820, 12. Plutarchi vita Aristidis; in usum gallicae et graecae juventutis, curante C. Nicolo Poulo, Smyrnaeo. Paris., impr. A. Delalain.

1829, 12. Vie d'Aristide. Par Plutarque. Edition collationnée sur les textes les plus purs, avec des sommaires, des argumens, et des notes grammaticales, historiques, géographiques. Par E. Lefranc. à Paris, Belin-Mandar et Devaux.

16) Themistocles.

1820, 12. Plutarchi vita Themistoclis; in usum gallicae et graecae iuventutis, curante C. Nicolo Poulo, Smyrnaeo. Paris., impr. A. Delalain.

1829, 8 mai. Plutarchi Themistocles. Ex codice Parisino recensuit et integra lectionis varietate et brevi annotatione critica instruxit Carolus Sintenis, Servestanus. Lips., sumt. libr. Hahnianae. MDCCCXXIX. —— XXIV, 53 pp. 6 *Gr.* Haec editio nihil habet, nisi textum, cuius fundamentum est editio Stephaniana, emendatum ad editiones veteres (Aldinam, Juntinam, Basileensem), gallicam Amyoti versionem (in duabus editionibus), atque unum codicem Paris. a Baehrio collatum. Fragmenta poetarum, quae in hac vita leguntur, suis metris *Gf. Hermannus* restituit. Variae lectiones in margine infima textui subiectae, indicantur.

1832, 8 min. Plutarchi Vita Themistoclis. Recensuit et commentariis suis illustravit Carolus Sintenis. Praecedit epistola ad Godofredum Hermannum, virum illustrem. Lipsiae sumptum fecerunt Weidmanni. MDCCCXXXII. —— LXXII, 220 pp. 1 *Th* 6 *Gr*. In epistola editioni praemissa errores Schaeferi, quos ille in Plutarcho edendo commisit, multis exemplis collustravit editor, exponens de subsidiis criticis Plutarcheis. In textu huius novae maiorisque editionis constituendo nova non adhibere potuit editor; attamen multa textus vitia, quae in editione minore comprehenduntur, sustulit. In commentario orationem atque rem illustravit. Conf. ephem. litter. scholast. 1833. no. 22. p. 169 sqq. et *Gf. Hermannum* in *Iahnii* Nov. Annal. Vol. VII. p. 35 sqq.

17) Brutus.

1750, 4. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ ΒΙΒΛΙΑ Ε.* PLVTARCHI DE PLACITIS PHILOSOPHORVM LIBRI V. LATINE REDDIDIT, RECENSVIT, ADNOTATIONIBVS, VARIANTIBVS LECTIONIBVS, DISSERTATIONIBVS ILLVSTRAVIT EDVARDVS CORSINVS CLER. REG. SCHOLARVM PIARVM IN PISANA ACAD. PHILOSOPHIAE PROFESSOR. FLORENTIAE. CIↃ.IↃ.CC.L. EX IMP. TYPOGRAPHEO SVPERIORVM ADPROBATIONE. —— 6 *ff.* praefixa, XXIX, 156, LXIV pp. *Beckius* in praefatione sua p. VIII. de hac editione iudicat: „Caeterum nec in textu constituendo, nec in versione interpolanda satis opera cessit Corsino.“ Prior Corsini dissertatio difficiliora quaedam Plutarchi loca sive obscuriora placita exponit, posterior vero nonnulla decreta a Plutarcho memorata cum recentiorum placitis confert. Aliquot exx. in ch. m. sunt impressa.

1787, 8. PLVTARCHI de Physicis Philosophorvm Decretis libri qvinqve. Emendatiores edidit et Lectionis varietatem adiecit Chr. Dan. Beckivs. Lipsiae apvd I. G. Breitkopfivm MDCCLXXXVII. —— LVIII, 290 pp. et 1 *f.* addenda ad lib. IV. cap. 4. et 5, quae sunt variae lectiones ex Eusebii P. E. XV. 60. et 61. 1 *Th.* In praefatione nonnulla de libelli auctoritate, num sit genuinus nec ne, disserit editor b. De edendi libri ratione docet ipse praef. p. XXIX sqq. haec: „Providi vero ut, quam accuratissime fieri posset, contextus verborum, quem constitueram, describeretur. Quae manserunt et vel post tertiam operarum admonitionem commissa sunt vitia paucissima illa, diligenter notavi in Var. Lect. et Emendd. [, quae p. 131—290 leguntur]. Mutavi vero vulgatam ab Henr. Stephano, et rarissime a Corsino iam emendatam huius libelli orationem ita, ut nunc manifesta corrigerem vitia, nunc meliores lectiones aliunde petitas substituerem, nunc spuria verba notis quibusdam indicarem, nunc alia, quae deerant, adderem, subinde etiam transponerem locos quosdam, usus in omni hoc labore adiumentis potissimum his. Primo enim comparavi diligentius, quam ab ullo editore factum erat, Pseudo-Galeni, Stobaei et Eusebii libros, ita ut et horum

lectiones omnes examinarem. Deinde perlegi eos et Aristotelis, et Platonis, Simplicii, Achillis Tatii et aliorum libros, quibus decreta philosophorum uberius et rectius essent tradita. Neque tamen iis praeeuntibus semper Nostri verba mutavi, cum animadvertissem multa non librariorum sed scriptoris esse vitia. Adhibui ea, quae nuper ad emendandum nostrum scriptorem ex Mosquensis Bibl. thesauris protulit ... Io. Frid. Matthaei [v. infra III.]. Neque vero neglexi apparatum variarum lectionum, ex libro Vulcobiano, Turnebiano, Petaviano, et codice Xylandri, qui qualis fuerit non constat, ductum adiectumque editioni Wechelianae et Corsiniae, neque integrum in Lipsiensi repetitum [Hic adnotavit *Beckius* haec: „Nam saepe varietatem quandam illorum librorum, praeteriisse auctorem editionis Lips. vidi, cui adornandae Reiskius nullam impendere potuit operam, coeptae immortuus est, ita ut absolveretur ea ab homine, qui non plane indoctus, sed tali negotio esset ineptus. — Vulcobianus liber dicitur Aldina editio, cuius margini vel ipse Vulcobius nescio quis, vel alius quidam miseram var. lectt. farraginem adiecit (v. Reisk. praef. Opp. Plut. T. I. p. 34)]. Editiones autem reliquas ut versiones praeter Corsiniam alias huius libri nec vacuit nec libuit conferre; neque enim operae pretium me facturum esse sensi, ubi *in tali libro* examinaverim eas omnes. Reiskii vero coniecturis et Corsini observationibus ita usus sum, at, ubi recte monuisse existimarem, emendationes ipsorum, illius inprimis, quem ingenii sagacitate et linguae peritia et artis criticae exercitatione superasse multos constat, praeferrem depravatis lectionibus. Excussi quoque aliorum plurimorum Criticorum libros, si quae correcta aut illustrata reperirem, ut nec ea praeterirem; sed operae non respondit eventus. Rarius indulsi meo ingenio omninoque ita versatus sum, ut nec nimis religiosus de eiiciendis erroribus gravibus et apertis dubitarem, nec contra temerarius mutarem, quae defendi et explicari, negligentiae etiam auctoris tribui, possent." Conf. *Buhlii* censuram in Götting. gel. Anzeig. 1787. fasc. LXXXVIII. p. 1979 sqq. atque acerbam *I. G. Schneideri* in Allgem. deut. Bibl. Vol. LXXXIII. P. I. p. 230 sqq.

34) De primo frigido.

1552, 4. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ ΠΕΡΙ ΠΡΩΤΟΥ ΨΥΧΡΟΥ.* PLUTARCHI Chaeronei De Primo Frigido. Parisiis ex officina Adriani Turnebi Typographei regii. M.D.LII. Typis regiis. —— 21 pp. „Petro Montaureo consiliario et bibliothecario regio Adr. Turnebus S. P. D." — „Tibi, quae Graece cognovisti, ut Latine recognoscas, interpretationem meam mitto dicóque. Vale."

35) Bestias ratione uti.

1522, 4. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ (!) ΠΕΡΙ του τα ἄλογα λογῳ χρῆσθαι.* PLVTARCHI CHAERONEI Gryllus. siue q; & muta animalia ratione vtantur. *In fine f.* 11 *b:* Coloniae, Apud Henricum Nouesiensem. Anno M.D.XXII. —— 11 *ff.* et 1 vac. *f.* Textus graecus, qui dicitur, solus et nitidis typis diligenter expressus est. Bibl. sen. Lips.

1619, f. Plutarchi dialogus, bruta animalia ratione uti. Graece et Latine. — In *Dornavii* Amphitheatro Sapientiae Socraticae. (Hanoviae.) T. I. p. 359—364.

36) De carnium esu.

1550, 4. Plutarchi libri duo περι της σαρκοφαγιας. Graece. Lutetiae, apud Vascosanum M.D.L.

37) Quaestiones platonicae.

1552, 4. PLATONIS *PLVTARCHI CHERONEI* QVAESTIONES. LVDOVICVS NOGAROLA COMES VERONENSIS VERTEBAT. *VENETIIS apud Vincentium Valgrisium.* MDLII. *In fine f.* 32 *a:* VENETIIS Excud. Ioan. Gryphius. Ad instantiam D. Vincentij Valgrisij. MDLII. —— 3 non num. *ff.* praefixa, quae continent dedicatoriam epistolam inscr.: Sanctiss. et Beatiss. patri nostro Ivlio III. Pont. Max. Lvd. Nogarola Com., et 1 vac. *f.*; 32 num. *ff.* Praeter iam indicatam inscriptionem *f.* 32 *a* legitur: „Lectori. Ne quaeso mihi uitio uertas candide Lector, quod graecum Plutarchi libellum unà cum mea interpretatione typis excudi curaverim. Non. n. ambitiose hoc feci, ut opusculi mei parvitas cresceret, sed potius ut omnibus satis constaret, quibus in locis hunc graecum codicem admodum corruptum, ac depravatum correxissem. (quamuis non plene, quod volebam, sim consecutus) nam sperabam fore, ut hoc meo labore uiri Doctissimi ad supplendum id, in quo defecissē, facilius inuitarētur, atque ita mea ratione moti de studiosis iuuenibus multo melius mererent, quibus ego pro mea uirili prodesse semper studeo. Quapropter nonnulla σχολια Plutarcho in latinum conuerso adiungere libuit, ut cum multa in eo sint obscura & difficilia, id quod possem, lucis afferrem. Certo enim sciebam (si hoc fecissem) me duplici emolumento

(quanuis [?] utroque perexiguo) iuuenes affectorum. Quicquid tamen sit, quod à me nunc prodit, oro aequi, boniq: consulas, ac benigne faueas industriae meae.“ F. 32 b insigne typogr., quod in fronte, conspicitur. ‚Orationi quaestionum singularum graecae adiuncta est versio latina, quam sequuntur Nogarolae Scholia.

38) De fluviorum et montium nominibus.

1533, 4. *Πλουταρχου περι ποταμων και ορων.* Plvtarchvs de fluminibus & montibus. —— Cum Arriani Periplo. V. ib. I. Cc) 6).

1615, 8. *ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ Περι ποταμων και ορων επωνυμιας και των ἐν αὐτοις εὑρισκομενων.* PLVTARCHI LIBELLVS DE FLVVIORVM, ET MONTIVM NOMINIBVS, ET DE HIS QVAE IN illis inveniuntur. PHILIP. IACOB. MAVSSACVS *recensuit*, *Latine vertit*, & *notis illustrauit.* Quid reliquo opere contineatur pagina 21 indicabit. TOLOSAE, Apud DOMINICVM BOSC. M.DC.XV. *Cum Priuilegio Regis.* — *ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ και ὑπερτιμȣ περι λιθων δυναμεων.* SAPIENTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI Pselli de lapidum virtutibus libellus. PHILIPPVS IACOBVS MAVSSACVS *primus vulgauit*, *Latine vertit*, & *Emendavit.* TOLOSAE, Typis Viduae I. COLOMERII Regis & Vniuersitatis Typographi, sub signo nominis IESV. M.DCXV. — *PH. IAC. MAVSSACI* Appendix Ad notas suas in Harpocrationem. Tolosae *etc.* M.DCXV. — 13 *ff.* praefixa, quorum ultimum vacat, 333 pp. Plutarchus, p. 335—360 Psellus, p. 361 — 375 *Maussaci* Appendix, p. 376 Errata typ. Hic est editionis, quam nomino, titulus princeps. *Ebertus* in suo libro inscr.: Allgemeines bibliograph. Lexicon. no. 17461 tantum alterum titulum a. MDCXVIII notavit, nihil de principe monens. Bibl acad. Lips.

1618, 8. PLVTARCHVS DE FLVVIORVM ET MONTIVM NOMINIBVS, ET DE HIS QVAE in illis reperiuntur. Item PSELLVS DE LAPIDVM VIRTVTIBVS. *Omnia nunc primum ex Manuscripto Graecè & Latine cum Castigationibus & notis, Edita* A PHILLIP. (?) IACOBO MAVSSACO, *ACCESSIT HIS Tractatus breuis & utilis de Microcosmo, seu de Proportione utriusque mundi. Auth.* IOANNE PISTORIO. MED. DOCT. Opus à multis Desideratum, atque Theologis, Medicis, Historicis, Philosophis & Poëtis tam vtile quam necessarium. *TOLOSAE*, Apud DOMINICVM BOSC. M.DC. XIIX. *Cum Priuilegio Regis.* — *Singularem titulum habet*: *ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ και ὑπερτιμȣ περι λιθων δυναμεων.* - SAPIENTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI Pselli de lapidum virtutibus libellus. PHILIPPVS IACOBVS MAVSSACVS *primus vulgauit*, *Latine vertit*, & *Emendauit.* TOLOSAE, Typis Viduae I. COLOMERII Regis & Vniuersitatis Typographi, sub signo nominis IESV. M.DCXV. — *PH. IAC. MAVSSACI* Appendix Ad notas suas in Harpocrationem. Tolosae *etc.* M.DCXV. —— 4 *ff.* praefixa. In praefatione dicitur: „Collata ... versione mea, quam hebdomadis vnius spatio, Lutetiae dum Harpocrationem sub praelo habebam, me absoluisse testari potest Ioannes Maussacus patruelis meus .... cum aliis duabus Turnebi & Natalis Comitis, pleraque ab illis omissa, quod mendis scaterent, quaedam perperam versa quod oscitanter & properanter in hoc opere versati essent inveni. Quod mihi praebuit ansam notas & emendationes scribendi, non tam ut laborem illorum suggillarem, (qui hodiernus est paedagogorum & ventosorum criticorum mos,) quam ut difficillimos quos inter legendum offenderam, locos enodarem & illustrarem aliquo modo si fieri posset, qua emendando qua annotando, & ut quod in notis ad Harpocrationem pollicitus eram exsequerer. Melioribus autem praesidiis, & sine quibus nullus eruditorum hodie emendandos veterum libros sibi proponit, nos destitutos fuisse in exantlando hoc labore nolui te lateret; ne mireris si nobis alicubi aqua baeserit. Pauca sunt quae nos remorata sunt, ut videbis si hoc opus diligenter perpendas, ubicumque enim coniectando mens humana aliquid assequi potuit, ibi maxime ingenium nostrum exercuimus. Reliqua vero quae ad notas pertinent, & potius illustrationem locorum obscuriorum, aut confirmationem eorum quae sublestae fidei videntur, tangunt, breuiter exposuimus, allatis continuo aliunde auctoritatibus, & variis aliorum auctorum controuersiis locis, quos vel primi explicauimus, vel castigauimus. Praecipuam quaestionem de nomine vero huius scriptoris in peculiarem locum reiecimus, ubi abunde tractata est. Iudicium inscripsimus tractatum illum, quia in eo de multis iudicium nostrum damus, & maximè de hoc Plutarchi nomine. His pro mantissa additus est Vibij Sequestri libellus de flu-

minibus, ab Aldo olim primo Venetiis excusus, Lugduni deinde, & tandem Basileae opera Iosiae Simleri viri eruditissimi longe emendatior & correctior nouis typis mandatus, cuius nos editionem repraesentauimus. Psellum praeterea de lapidum virtutibus nunquam hactenus impressum tibi damus, & à nobis Latine versum, & castigationibus quibusdam nostris à mendis & confusionibus quibus erat refertus purgatum, quem beneficio Iacobi Sirmundi è Societate Iesu viri ingeniosissimi & eruditissimi habuimus. Accedit & paruula appendix ad notas quas in Harpocrationem composuimus, in qua locos qui nos torserant diutius, illustrauimus, & multis aliis male affectis tulimus medicinam, resecatis illis quae nobis vel per nimiam properantiam, aut incuriam, vel per oscitantiam exciderant. ....“ Pag. 1 — 89 Plutarchi liber, graece et latine; p. 90—96 index ad hunc librum; p. 97—126 Vibii Sequestri liber; p. 127—202: *Ph. Jac. Maussaci* iudicium de Plutarcho et scriptis eius, in quo libellus de fluminibus magno Plutarcho Constantinop. probabiliter vindicatur; p. 203—333 *Ph. Iac. Maussaci* emendationes et notae in Plutarchi libellum περι ποταμων.; p. 333 —360, Pselli liber; p. 361—375 *Ph. Iac. Maussaci* Appendix; p. 376 Errata typ. In hac nova editione nihil novi nisi tituli est, omissa epistola dedicatoria, quam editio prior in *ff.* praefixis habet. *Pistorii* librum, in titulo appellatum, in libro ipso non inveni.

1703, 8. PLVTARCHI libellus de fluviorum et montium nominibus, et de his, quae in illis inveniuntur, Graece, cum versione latina Phil. Iac. Maussaci et notis. —— V. *I. Hudsoni* Geographos Graecos minores. (Oxon.) Vol. II. 1 *f.* 50 pp. *V.* infra III. s. v. *Dodwell.*

1806, 8 mai. Πλουταρχου περι ποταμων και ορων ἐπωνυμιας. Graece et cum notis. —— *V.* collectionem geogr. inscr.: Συλλογη των ἐν ἐπιτομη τοις παλαι γεωγραφηθεντων (Viennae Aust.) Vol. I. p. 557—605.

39) De anima.

1740, 4. Plutarchi Fragmentum de anima, ex Olympiodori Commentario in Platonis Phaedonem inedito. Graece. —— In *Fabricii* Bibl. Graeca. Vol. XII. p. 265 sqq.

40) De nobilitate.

1740, 4. Plutarchi dialogi de nobilitate Specimen. Graece. —— In *Fabricii* Bibl. Graeca. Vol. XII. p. 268.

41) Proverbia alexandrina.

1701, f. Plutarchi Alexandrina Proverbia Graeca, ex Bibliotheca Medicea, cum interpretatione Latina Iac. Gronovii, nondum antea edita. —— In praefatione tomi X. Thesauri Antiquitt. graec. *Gronovii.*

42) Fragmenta.

1773, 8. Fragmenta duo PLUTARCHI edidit Thomas Tyrwhitt. Londini, typis Gul. Bowyer. —— Haec fragmenta, quae deinde *Schneiderus* repetiit [*v.* supra Bb) BB. Ccc) *β*)], Thomas Tyrwhitt edidit ex codice msto, qui inter Harleianos in Museo Britannico no. 5612 asservatur.

43) Delectus.

1825, 12. Plutarque moraliste, ou Choix des principaux sujets de morale du premier des écrivains de l'antiquité. Par le chev. *de Propiac*, avec des développemens appliqués aux défauts et aux ridicules de la société actuelle, tirés de chacune des moralités de Plutarque, par *M.* L. M. B. à Versailles, impr. de Vitry; à Paris, chez A. Eymery.

1833, 12. Nouveaux extraits des Oeuvres morales de Plutarque, avec des notes philologiques et critiques, par Fleury Lécluse. Texte grec et traduction française de Ricard, revus par l'éditeur. à Paris, A. Delalain. —— 4 *fr.* 50 *cent.*

1833, 12. — Texte grec, à l'usage des élèves. à Paris, A. Delalain. —— 2 *fr.* Eadem excerpta sunt, ac praecedentia.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

AA. Vitae.

Aaa) Omnes.

α) Sine a. et l. notitia.

—, f. F. 1 *a*: Campanus Francisco Piccolominio Cardinali Senensi meo Salutem. *Hanc excipit f.* 2 *Index*, *in cuius fine legitur Hexastichon Galli*: Anser Tarpeii custos Iovis || *etc.* Imprimit ille die: quantum non scribitur anno. Ingenio: haud noceas: omnia vincit homo. *F.* 306 *a lin.* 21 *explicit volumen verbis his*: fastigium evasisse. *Volumen II. f.* 1 *a lin.* 1 *incipit*: CVM PER MVLTA SINT LITTERARVM, *explicitque f.* 304 *a lin.* 26

verbis: ac sanctissimeq; reservavit. —— Char. rom., sine *sign. cust.* et pagg. *num.* Primum volumen complecti 293 *ff. Dibdin*, 294 (quorum *f.* 260 vacat) *Fossi;* Volumen autem secundum 294 *Dibdin*, et 303 (quorum *f.* 142, 223, 263 et 283 vacant) *Fossi* dicunt. *Brunetus* evolvit exemplar in bibl. reg. Paris., cuius volumen I. continet 308 *ff.*, quorum *f.* 164, 248, 284 vacant, et volumen II. 304 *ff.*, quorum *f.* 142, 186, 224, 264, 284 vacant. *Dibdin* non numeravit *ff.* vacua. De hac diversitate certe nihil edicere possum. Est exemplar unum in Bibl. Gotting. Ceterum haec editio ante XIV. Cal. Nov. 1471 (qui mensis tum erat anni primus) prodiit in lucem, *v. Philelfi* epistola Lib. XXXIV. ep. 6. conf. *Audifredii* Catal. editionum Rom. p. 130.

—, f. *F.* 1 *a liber incipit sic*: ()AMPANVS Francisco (Franciso *male scribit* Dibdin *in Bibl. Spencer. Vol. II. p.* 275) Piccolominio Cardinali Senensi meo Salutem || Collegii nuper dispersas grecorũ Latinorũq₃ principũ vitas a Plutarcho || scriptas grece: a diuersis inde itẽpretibus latinas factas: vt assiduis tuis || studiis q̃bus noctes ac dies ĩpendis hãc q̃s additã materiã habeas: hone- || *etc. Explicit f.* 273 *b* (*non* 274 *ut Ebert dicit*) *lin.* 36 *verbis his*: suffragiis in tam sublime glorie fastigium euasisse. *Fol.* 274 *vacat. P. II. fol.* 275 *a incipit his verbis*: ()VM GRECE apud Plutarchum Nicie Atheniensis M || q₃ crassi uitas lectitarem *etc. Fol.* 512 *a explicit lin.* 22 *verbis his*: post Caroli mortem diligentissime: ac sanctissimeq₃ reseruauit. —— Hanc editionem, quae habet curiosam litteram R ex officina quadam typographica, quae esse Coloniensis suspicatur, diligenter evolvi in bibl. acad. Lips. Attamen manus scelerosi cuiusdam fol. 2 voluminis I. evellit. Pagina quaeque comprehendit 49 lin. Ceterum caret haec editio, quae ex praecedente expressa est, *sign.*, *cust.* et pagg. *num.* *F.* 1 *a lin.* 12 *sqq.* leguntur haec: „.... Exemplo⸗ & varietatis plene ſũt omnes. || Vtinam ea effent gracia tranſlate omnes: qua ſunt ſcripte: quanq̃₃ magna pars feli||citate ingenii eorũ qui tranſtulerũt: & nitorẽ retinent ſuum: & latinũ acceperunt. || Pauce quedã rudiores nacte manus traducte ſunt duriuſcule: sed quib₉ gratia de || fuit interpretis: rerũ dignitas nihil est imminuta." *etc.* Praeterea hunc transscribo ex *Braunii* Notitia historico-litteraria de libris ... in bibl. monasterii ad SS. Vdalricum et Afram Augustae exstantibus (Aug. Vind., Veith. 1788, 4 mai.) p. 111, ex huius editionis notitia, haec: „In fronte secundi folii [Tomi primi] haec leguntur impressa: *Plutarchi Historiographi greci liber de viris clarissimis: E greco sermone in Latinum Diuersis pluſimorum interpretationibus virorum illustrium translatus Incipit.* Spatio duarum linearum vacuo relicto, *Epistola Philelphi poete In vitam atque gesta Thesei viri clarissimi Incipit feliciter.* Auersa eiusdem folii pagina, linea septima finitur epistola. Ultima primi tomi historia agit de *vita & gestis Luculli*, cui aversa folii 274 pagina, linea 36 finis imponitur."

β) *Cum a. et l. notitia.*

1473, f. *Plutarchus (i. e. eius vitae parallelae) latine. In fine legitur*: Aſpiciſ illuſtriſ lector *etc.* Conradus suueynheym: Arnoldus pannartzque magistri || Rome impresserunt talia multa simul. || M. CCCCLXXIII. —— Char. rom., sine *sign. cust.* et pagg. *num.* hic liber impressus est. V. *Audifredii* Catalogum historico-criticum romanarum editionum saeculi XV. (Rom. 1783, 4) p. 130. *Denisii* Supplem. ad Maittairii Annal. p. 30. *Panzeri* Annal. typogr. Vol. II. p. 438. no. 113.

1478, f. *F.* 1 *vacat. F.* 2 *a*: THESEI VITA PER LAPVM FLORENTINVM EX || PLVTARCO GRAECO IN LATINVM VERSA. *Versio ipsa continuo lin.* 3 *incipit* (*init. pict. aureo al.*): ()VEM ADMODVM IN ORBIS TERRAE SI||tu describendo historici solent: ut ad quae ipsi co-||gnitione aspirare non possunt: *etc. F.* 17 *vacat. F.* 18 *incipit*: LYCVRGI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAE||CO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA. *Fol.* 232 *b expliciunt parallelae. F.* 233 *continet*: REGISTRVM. *Sequitur Pars II., ubi f.* 219 *b legitur*: HOMERI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA. *Explicit f.* 220 *b. F.* 221 *a incipit*: CAROLI MAGNI VIRI ILLVSTRIS VITA PER DONATVM ACCIOLVM EDITA. *Explicit f.* 225 *b*, *in cuius fine legitur*: Virorum illustrium uitae ex Plutarcho graeco in || latinum uersae solertiq₃ cura emendatae || foeliciter expliciũt: per Nicolaum || Jenson Gallicum Venetiis || ĩpressae. M. cccc. lxxviii. || die. ii. Ianuarii. *F.* 226 *a*: REGISTRVM. —— Char. rom. Praefationes, quas interpretes singulis vi-

tis in prioribus editionibus praemiserunt, in hac editione omissae sunt; praeterea versiones partim aliis interpretibus tribuuntur. Signaturae sunt *Parte I.* a 1. 2. 3. 4. 5; b—6 (b7 vacat); c—5; d—5; e—5; f—5; g—5; h—5; i—5; k—5; l—5; m—5; n—4; o—5; p—5; q—5; r—5; ſ—5; t—5; u—5; x—5; y—4; z—4; &—4. *Parte II.* A i. ii. iii. 4; B. 2. 3. 4. 5; C—5; D—5; E—5; F—4; G—5; H—4; I—5; K—4; L—5; M—4; N—5; oo—4; pp—4; Q—5; R—5; S—5; T—5; V—5; X—5; Y—5; Z—4; &&—5. Quaeque signatura dupliciter numeretur necesse est. Exemplar integrum in ch. pergam. impressum adservatur in bibl. Paris. regia. Hic descripsi exemplar in bibl. acad. Lips. adservatum.

1488, f. Plutarchi Vitae cum parallelis et aliis in latinum conuersae a Guarino Veronense. Brixiae. —— Hanc notitiam ex Maittairii Annal. typ. Vol. I. p. 504 deprompsi.

1491, f. *In libri fine legitur*: Virorum illustrium vitae ex Plutarcho Graeco in latinum versae, solertique cura emendatae foeliciter expliciunt. Venetiis impressae per Iohannem Rigarium de Monteferrato Anno salutis MCCCCLXXXXI. die vero septimo decembris. *Sequitur insigne typogr. inscr. litteris*: L. A. *i. e. Lucae-Antonii Giuntae.* —— Char. rom. et cum *sign.* Impressoris nomen *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes Vol. III. p. 350 legi vult: *Rigatius.*

1496, f. Plutarchi Vitae. *Haec in fronte f.* 1 *a legitur. F.* 1 *b exhibetur*: Tabula primi et secundi libri. *F.* 2, *praefixa effigie xylogr., incipit*: Thesei Vita per Lapum Florentinum ex Plutarcho graeco in latinum versa. *F.* 145 *b*: Registrum. — *P. II. f.* 1: incipit liber secundus. *In fine f.* 144 *a*: Virorum illustrium vitae ex Plutarcho Graeco in latinum versae: solertique cura emendatae foeliciter expliciunt: Venetiis impressae per Bartolameum de Zanis de Portesio Anno nri ſalvatoris 1496. die octo mensis Iunius (?). —— Char. rom., cum *sign.* et pagg. *num.* Hanc editionem possidebat *Panzer*, ut ex eiusdem Annal. typ. T. III. p. 394. no. 20750 patet, atque est in bibl. Gotting. acad.

1498, f. Plutarchi Parallela a Guarino Veronensi in latinum versa. —— Cum P o l y b i o. *In fine:* Impressum Brixiae per Iacobum Britannicum die vigesimo quarto Octobris MCCCCXCVIII.

1499, f. Uitae Plutarchi adhibita solerti diligen||tia ac multis collatis exemplaribus || graecis ⁊ latinis ad unguem || per excellentem uirum || Pyladen Brixia||nū castigatae. *In fine f.* cccııı *a*: Virorum illustrium uitae ex Plutarcho graeco in latinum uersae: solertiq3 || cura emendatae feliciter expliciunt: per Iacobū Britānicum || Brixiae ſmprſſae. Mcccclxxxxix. die. ix. Augusti. Registrum huius operis. aa a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z & A B C D E F G H I K L M N O omnes sunt quaterni. —— 4 non num. *ff.*, CCCIII num. *ff.* Bibl. acad. Lips. Tituli verba char. goth., reliqua char. rom. sunt impressa.

1502, f. Plutarchi Vitae: nuper q̄, diligentissime recognitae: q,bus tres uirorum illustriū Vitae aditae (?) fuerunt: & in fine voluminis apositae (?). *In fine P. II. fol.* CLI *b*: FINIS. Plutarchi uitae accuratissime nuper Castigate: & diligenti studio Impressae Venetiis per Dominum Pinciū. Anno domini. M. ccccii. Die. xv. Februarii. Imperāte inclito domino Leonardo Lauredano. Venetiarum duce Serenissimo. *Infra registrum.* — 1 *f.* praefixum, CXLV, CLI pp. Haec editio, cuius notitia in *Panzeri* Annal. typogr. desideratur, in Bibl. acad. Lips. adservatur.

1504, 4. Plutarchi parallela. —— Cum P o l y b i o. Impressum Venetiis die octavo novembris MCCCCCIIII.

1510, 4. Parallela ex Plutarcho in latinum conversa per Guarinum Veronensem. Erphordiae ex aedibus Stribilitae MDX.

1512, f. Plutarchi Parallela Guarino Veronensi paraphraste opusculum aureum. —— Cum P o l y b i o. Venundantur ab Ascensio et Parvo. Impressum Parisiis in aedibus Ascensianis Tertio Cal. Febr. Anno dñi MCCCCCXII.

1516, 4. Plutarchi Parallela, Guarino Veronensi interprete. Lipsiae per Melchiorem Lotter 1516.

1517, 8. VALERIUS MAX. Exempla quatuor et viginti nuper inventa ante Caput de Ominibus. PLUTARCHI Chaeronei Parallela, addita propter materiae similitudinem. *Praecedit* Epistola Antonii Francini ad Aloysium Alemannum Patric. Florent. scripta. Florentiae per Philippum Iuntam Anno MDXVII. —— 4 *ff.* praefixa, et 228 *ff.*

1521, f. PLUTARCHI Cheronei & AEMILII PROBI; illustrium Virorum vite

cum suo Indice diligenter recognite. *Infra insigne typ.*, *atque infra:* Pierre Gaudoul. Venundantur Parrhisiis in clauso brunello sub signo divi Cirici. *Haec in fronte f.* 1 *a.* *In fine:* Finis in Chalcographia Nicolai de Pratis Idibus Iunii. M.D.XXI. —— *F.* 1 *b* legitur Epistola dedicatoria Iodoci Badii Ascensii Hieronymo Aleandro Mottensi data, quae signata est: Idus Decemb. MDXIIII.

1526, 8. VALERIUS MAX. Exempla quatuor et viginti nuper inventa ante Caput de Ominibus. PLUTARCHI Cheronei Parallela addita, propter materiae similitudinem. *In fine:* Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini M.D.XXVI. die XXVII. Novembris Clemente Septimo Pontifice Maximo. —— 4 *ff.* praefixa, et 228 *ff.* Editio inscripta est: Antonius Francinus Varchiensis Aloysio Alamanno Patritio Florentino S.

1520, f. PLUTARCHI Cheronei et Aemilij Probi: illustrium virorum vitę cum suo Indice diligēter recognitę. Aera merent Jodoco Badió Ascensio. *In fine:* Fo. CCCXCIII *b:* Finis in Chalcographia Ascensiana. Idibus Iulii. MDXX. Habes lector studiose quas in fronte polliciti sumus illustrium virorum vitas triplici discrimine: partim (quae plurimae sunt) e Plutarcho traductas: partim ex aliis: sed Plutarchicis addi solitas: partim ab Aemilio Probo concinnatas. Cuius eū librū qui Romanos imperatores cū Gręcis (vt in huius fine dixit) cōferēdos explicat, desideramus. —— 22 *ff.* praefixa, CCCXCIII num. *ff.* Bibl. acad. Lips.

1531, f. Plutarchi Vitae illustrium virorum latine per Simonem Grynaeum. Basileae MDXXXI.

1535, f. PLVTARCHI CHERONEI GRAECORVM ROMANORVMQVE ILLVSTRIVM VITAE. En denuò tibi exhibemus humanissime Lector, omniū quos summis felicissimisq; temporibus Graecia, quos Latium principes uiros tulit, eminentissimarum in rebus omnibus gerendis uirtutum speciosissimos flores, illustrissima exempla, historiae ueteris sine dubio medullam, ex graeco fonte summa uigilantia iterū iam, supra nouissimam castigationem, haud leui opera iudicioq; repurgatū exemplar, exodijs, epilogisq; omnibus qui desiderabantur, restitutis: tum autores lucis maioris gratia commode saepe accitos: ad haec huius demonstratiuae orationis locos sparsim sic annotatos, ut non solum percipere rectius faciliusq; tantum autorem, sed etiam in dicendo uirtutes huius imitari studiosi possint: id quod tui ipse, si rem uel a primo limine introspexeris sine ullo negocio experiri poteris: animaduertes etenim hanc postremam aeditionem priori illi quamuis elaboratissimae, modis omnibus praestare. Vale, & his bene fruere. *Infra insigne Bebelii typogr. et epigr. lat.* BASILEAE EX AEDIBVS IO. Bebelij, Anno M.D.XXXV. *In fine f.* 401 *a:* BASILEAE EX AEDIBVS IOANNIS BEBELII, MENSE AVGVSTO, ANNO M.D.XXXVI. —— 22 *ff.*, 401 num. *ff.* Bibl. acad. Lips.

1542, f. PLVTARCHI CHERONEI GRAECORVM ROMANORVMQVE ILLVSTRIVM VITAE. En denuò tibi exhibemus humanissime Lector, omniū quos summis felicissimisq; temporibus Graecia, *etc. ut supra* 1535 *infraque* 1554. *Infra Palma Ising.*, *insigne typogr. et epigr. lat.* *Deinde:* Cum gratia & priuilegio Caesareo. BASILEAE apud Mich. Isingrinium, Anno M.D.XLII. *In fine f.* 401 *a:* BASILEAE, EX AEDIBVS MICH. ISING. MENSE AVGVSTO, ANNO M.D.XLII. —— 3 *ff.* titulus et epistola dedicatoria: „Clarissimo viro Dn. Lvdovico Dangerant, invictissimi Galliarum Regiis Consiliario, & ad Heluetios Legato &c. heroi prudentissimo, literarum bonarum omnium Mecaenati, domino suo clementissimo, Hieronymus Gemusaeus S. P. D." 22 *ff.* index, 401 num. *ff.* Bibl. sen. Lips.

1548, f. Plutarchi Vitae, ex variorum interpretatione *etc.* Lugd. *II Voll.*

1550, — 1554, f. Plutarchi Vitae, ex diversorum interpretatione, cum praefatione Hieron. Gemusaei. Lugd.

1554, f. PLVTARCHI CHERONEI GRAECORVM ROMANORVMQVE ILLVSTRIMVM VITAE. En denuo tibi exhibemus humanissime Lector, omniū quos summis felicissimisq; temporibus Graecia, quos Latium princípes viros tulit, eminentissimarū in rebus omnibus gerendis uirtutum speciosissimos flores, illustrissima exempla, historiae ueteris sine dubio medullam, ex graeco fonte summa uigilantia iterum iam, supra nouissimam castigationem, haud leui opera iudicioq; repurgatū exemplar, exordijs, epilogisq; omnibus qui desiderabantur, restitutis: tum autores lucis maioris gratia cōmodè saepe accitos: ad haec huius

demonstrativae orationis locos sparsim sic annotatos, ut non solùm percipere rectius faciliusq; tantum autorem, sed etiam in dicendo uirtutes huius imitari studiosi possint: id quod tuí ipse, si rem uel a primo limine introspèxeris sine ullo negocio experiri poteris: animaduertes etenim hanc postremam aeditionem priori illi quamuis elaboratissimae, modis omnibus praestare. Vale, & his bene fruere. *Infra insigne typ. Isingr. i. e. Palma, infra idem epigramma lat., quod in praecedente editione, deinde:* Cum gratia & priuilegio Caesareo. BASILEAE apud Mich. Isingrinum, anno M.D.LIIII. *In fine f.* 392 *a legitur:* BASILEAE, EX AEDIBVS MICH. ISINGRINI. — 3 *ff.* titulus et praefatio, 21 *ff.* index et 392 num. *ff.* In hac editione etiam Isocratis Euagoras, Guarino Veronensi interprete, legitur *f.* 375*a* usque ad *f.* 378*a*. Bibl. sen. Lips.

1558, f. Plutarchi Vitae, Latine; ex interpretatione diversorum; quibus subjungitur Caroli Magni Vita, Donato Acciaiolo authore. Lutetiae ex officinâ Typographicâ Michaëlis Vascosani. MDLVIII.

1561, f. PLVTARCHI SVMmi & philosophi & historici Opus, quod PARALLELA ET VITAS APPELLANT: in quo Vitae illustrissimorum uirorum, Graecorum ac Romanorum, utilissima doctissimaq; historia exponuntur, atq; inter se comparantur. GVILIELMO XYLANDRO AVGVSTANO interprete. Cum Annotationib. eiusdem, & Indice copioso. AD ILLVSTRISSIMVM, OPTIMVMQVE Principem FREDERICVM, Comitem Palatinum, S. R. I. Septemuirum Electorem. *HEIDELBERGAE EXCVDEBAT Academiae typographus Ludouicus Lucius, M.D.LXI. Singulari titulo et singulari pagg. num. ordine accedunt:* GVILIEMI XYLandri Augustani in Vitas Plutarchi à se conuersas ANNOTATIONES: IN QVIBVS MVLTA PLVTARCHI LOCA restituuntur, multa emendantur, multa explicantur: quaedam quoq; ex alijs autoribus eodem modo tractantur. *Accessit Rerum & uerborum in his memorabilium copiosiss. INDEX.* Cum Caes. Maiest. gratia & priuilegio ad decennium. *BASILEAE, PER IOANnem Oporinum. Fol. ult. legitur:* BASILEAE, PER IOANNEM OPORINVM, ANNO SALVTIS HVMANAE M. D. LXI. mense Martio. — 10 *ff.* praefixa, 962 pp., 22 *ff.* index, et 1 *f.* Errata; 195 pp., 4 *ff.* index, et 1 *f.* cum subscriptione. Xylander feliciter versionem suam fecit; ea enim congruat exemplari graeco, atque latina est. Bibl. acad. Lips. Rep. 1580.

1561, 12. — latine, ex Herm. Cruserii versione, cum eiusdem et Xylandri et Stephani notis. Campis. *III Voll.* — *V.* 1564 et 1566.

1564, f. Plutarchi Chaeronei Grauissimi et Philosophi et Historici, Vitae comparatae illustrium Virorum, Graecorum & Romanorum, ita digestae ut temporum ordo seriesque constet, Hermanno Cruserio I. C. atque illustriss. Ducis Cliuensis & Iuliacensis consiliario, Interprete elegantiss. ac fidelissimo. — Et ne quid ad perfectam antiquitatis in hoc genere cognitionem deesset, librum Aemylii Probi de Vita excellentium Imperatorum adiunximus, quem ille Romano planè, hoc est, eleganti & puro sermone conscriptum reliquit. Quanta autem sit in hujusmodi scriptionis genere utilitas, ne nos hic te humanissime Lector diutius teneamus, ex Interpretis praefationibus abundé cognosces. Illud nihilominus tacere nolumus, aspersa esse in toto hoc per margines opere, scholia, quibus magnam lucem innumeris locis allatam esse, negare possit nemo. Vale & fruere Lector amice. — Accesserunt his Indices Locupletissimi. BASILEAE Apud Thomam Guarinum Anno M.D.LXIIII. *In fine legitur:* BASILEAE, apud Thomam Guarinum, Anno M.D.LXIIII. Mense Augusto. — Rep. 1573.

1566, 12. — latine ex Herm. Cruserii interpretatione, cum notis Cruserii, Xylandri et Stephani. Lugd. *III Voll.*

1580, — 1600, f. Plutarchi parallela, Guil. Xylandro interprete, cum notis eius. Accedit Aemilius Probus. Francof. ad M., apud Ge. Corvinum, impensis Sigismundi Feyerabendij. — Cum fig. xylogr. *V.* 1561.

1592, 8. Plutarchi Vitae parallelae, Guil. Xylandro interprete. Francof. ad M., Feyerabend. *III Voll.*

1606, 8. — latine, Guil. Xylandro interprete. Francof. ad M., apud I. Saurium. *III Voll.*

Bbb) Epitome.

1501, 4. Epitome Vitarum Plutarchi per Darium, Tybertium (*non* Tiberium)

equitem Cesenatem. Ferrariae per Laurentium de Valentia MDI. —— Rep. 1541 sqq.

1541, 4. — Basil., apud I. Oporinum. — *V.* 1501 et 1547.

1547, — 1557, 12. — Paris. —— *V.* 1541 et 1590.

1548, 8. Plutarchi Vitae. Opus in mediocrem formam contractum. Lugd. *II Voll.*

1573, — 1597, 12. — auctius editum. Apud Iacobum Stoer. —— *V.* 1590.

1590, 12. — Genev. —— *V.* 1547 et 1573.

BB. Moralia.

Aaa) Omnia.

1500, f. Plutarchi Opera, Latine versa. Francof. *II Voll.* —— Ad huius tituli notitiam adnotat *Maittaire* haec: „PM. ex Catal. Paw. p. 193. Haec editio dubia mihi videtur; non enim (uti antea ad *Anton. Capyc. Decis. Neapolitan.* 1500 notavi) Francofurti libros illo tempore impressos reperiri; neque Fabricius ullam Plutarchi editionem Francofurtanam Latinam ante 1592. in 8vo. & Graeco-Latinam ante 1599. in fol.“

1514, f. PLUTARCHI Cheronei opuscula hac serie: Politica. De virtute morum. Praecepta Connubialia. De liberis educandis. De tranquillitate animi. De fortuna Romanorum. De virtute et fortuna Alexandri. Parallela. de virtutibus mulierum; Apophthegmata *etc.* An Brutis insit ratio. De placitis philosophorum. De Musica Problemata. *Praecedunt singulis libris praefationes interpretum.* LUCIANI de virtute cum Mercurio dialogus etc. Venundantur ab Ioanne Parvo et Iodoco Badio. *In fine:* In aedibus Ascensianis ad VI. Kal. Martias Anni ad calculum Romanum MDXIIII. *Adiungendum est:* CENSORINUS de die natali. CEBETIS Thebani Tabula, latine, interprete Ludovico Odaxio Patavino. *In fine:* In aedibus Ascensianis ad VI. Kal. Martias. MDXIIII.

1526, f. Opuscula Plutarchi Cheronei sedulo undequaque collecta et diligenter recognita ac in unam faciem bellatole compressa. — Addita autem sunt nuper opuscula haec duo, de cohibenda iracundia et curiositate. *Infra insigne typogr.* Vaenundantur in Officina Ascensiana. *In fine:* Sub prelo Ascensiano ad Nonas Febru. M. D. XXVI. calculo Romano. —— Bibl. Cizens.

1530, f. PLVTARCHI Chaeronei philosophi historicique clarissimi Opuscula (quae quidem extant [moralia]) omnia undequaque collecta et diligentissime iam pridem recognita. Quorum catalogum mox versa pagina indicabit. Basileae in officina Andreae Cratandri mense Septembri M. D. XXX.

1541, f. PLVTARCHI CHAERONEI PHILOSOPHI ET HISTORICI CLARISS. OPERA MORALIA, QVAE IN hunc usq; diem latinè extant, uniuersa. Huius uiri singularem disciplinarum omniū scientiam, & exquisitam rerum uarietatem, solidae eruditionis studioso notiorem esse decet, quàm ut encomium eius aliquod hic expectet. Bibliothecā enim totam ecquis laudarit satis. *Librorum catalogum sequens pagina monstrabit.* Cum amplissimo rerum & uerborum Indice. *Infra insigne Isingr. typ., quod est palma. Infra: Sub Augustiss. Imperatoriae Maiest. edicto & priuilegio.* BASILEAE APVD MICH. ISINGRINIVM, ANNO M.D.XLI. *In fine f.* 260 *b Palma Ising.* —— 2 *ff.* titulus et epistola nuncupatoria inscr.: Reverendissimo praesvli et illvstrissimo principi, domino Philippo à Gundelsheim, Episcopo Basiliensi, Hieronymus Gemusaeus S. D. 19 *ff.* index, 2 *ff.* Nicolai Segundini praefatio, 260 num. *ff.* Versio singulorum librorum est diversorum interpretum. *F.* 1 *b* legitur haec tabula: „PLVTARCHI OPVSCVLA HOC uolumine contenta. ... Nicolao Sagvndino interprete. Politica, seu de ciuili institutione liber ad Traianū Imperatorem. fol. 1. — Carolo Valgvlio De uirtute morum. 16. Praecepta connubialia. 22. Musica. 25. — Incerto interprete. De differētia inter odiū & inuidiā. 32. — Alamano Ranvtino. De claris mulieribus, siue de uirtute mulierum. 33. — Guarino Veronensi. Parallela. 44. De liberis educandis. 50. — Raphaele Regio. Apophthegmata. 57. Apophthegmata Laconica. 72. — Ioanne Regio. Quod bruta animalia ratione utātur, dialogus. 86. — Petro Lucensi. Problemata. 89. — Stephano Nigro. Oratio consolatoria ad Apolloniū. 106. — Angelo Barbato. De exilio. 114. — Gvlielmo Bvdaeo. De trāquillitate & securitate animi. 119. De fortuna Romanorum. 126. De fortuna uel uirtute Alexandri, libri II. 130. De placitis decretisq; philosophorum naturalibus, libri V. 140. — Bilibaldo Pirckheymero. De his qui tardè à numine corripiuntur. 157. Quod non oporteat

foenerari. 166. — Angelo Politiano. Quo possis adulatorem ab amico dignoscere. 170. De utilitate capienda ab inimicis. 182. De tuenda bona ualetudine. 185. In principe requiri doctrinam. 192. Cum principe philosophandum. 193. Vtrum grauiores sint animi morbi q̃₃ corporis. 195. Num recte dictū sit; λάθε βιώσας, id est, sic uiue ut nemo te sentiat uixissè. 196. De cupiditate diuitiarum. 197. De uitiosa uerecundia. 199. De cohibenda iracundia. 204. De curiositate. 209. — Philippo Melanchthone. De nota Pythagorica, ex octauo libro conuiualiū questionū Plutarchi. 213. — Ottomaro Lvscinio. Quod docenda sit uirtus. 214. Num improbitas sufficiat ad infelicitatem. 215. Num philosophari cōueniat inter pocula, ex primo Symposiacōn Plutarchi. 216. De fortuna. 218. De uirtute & uitio. 219. De amicitia in multos diffusa. 220. Quatenus, aut quo fructu liceat iuueni audire poëticam. 222. Quo pacto se quispiā circa uirtutē candoremq̃₃ morū sentiat profecisse. 233. De auditoris officio. 249 (?). — Simone Grynaeo. Sit ne rationis aliqua in bestijs uis, tum utra animantiū plus huius habeant, terrestriáne, an aquatica. 238. — *Praeterea, ne operū Plutarchi seriem turbaremus, sequentia in calcem reiecimus.* Carolus Valgulius in Plutarchi Musicam. 255. Stephanus Niger de fraterna beneuolentia. 259. Bibl. sen. Lips.

1542—1551, 8. Plutarchi Moralia, latine ex diversorum interpretum versione. Lugd., ap. Seb. Gryphium MDXLII. *II Voll. Ad haec opuscula pertinent:* Plutarchi Moralium Opusculorum tomus tertius, Latine; continens ea, quae post superiorem nostram editionem a viris doctis è Graeco in Latinum sunt conversa. Lugd. apud Sebastianum Gryphium MD. LI.

1554 (*non* 1553), f. PLVTARCHI Chaeronei, philosophi & historici gravissimi, Ethica sive Moralia opera, quae in hunc usque diem de Graecis in Latinum conuersa extabant, uniuersa, à IANO CORNARIO nunc primùm recognita, & nouorum aliquot librorum translatione ab eodem locupletata: ita ut qui haec habuerit, eum bibliothecam habere iurè dici possit. *Librorum nomenclaturam sexta pagina indicabit.* Cum amplissimo rerum & uerborum Indice. BASILEAE APVD MICH. ISINGRINIVM, ANNO M.D.LIIII. —— 42 non num. *ff.* praefixa, 270 num. *ff.* Bibl. sen. Lips.

1570, f. PLUTARCHI Chaeronensis Moralia, quae usurpantur. sunt autem omnis elegantis doctrinae Penus: Id est, varii libri: morales, historici, physici, mathematici, deniq; ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem: Omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide: Guilielmo Xylandro Augustano interprete. Accesserunt his Indices locupletissimi. BASILEAE Per Thomam Guarinum M.D.LXX.

1572, 8. PLUTARCHI Chaeronensis Moralia, quae usurpantur. sunt autem omnis elegantis doctrinae Penus: Id est, varii libri: morales, historici, physici, mathematici, deniq; ad politiorem litteraturam pertinentes et humanitatem: — Omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide. — Guiliel. Xylandro Augustano interprete: cujus nunc demum etiam Annotationes locupletissimae (si rem spectes) unà eduntur. — Accesserunt his Indices locupletissimi. Cum Caesareae majest. & Christianissimi regis Galliarum privilegiis ad annos decem. BASILEAE Per Thomam Guarinum. M.D.LXXII. *In fine legitur:* BASILEAE, ex Officina Thomae Guarini, Anno Salutis Humanae M.D.LXXII. Mense Augusto. *III Voll.*

1573, f. Plutarchi Ethica sive Moralia opera latine, Hermanno Cruserio, I.C. interprete. Basil., apud Th. Guarinum.

1579, 8. — latine, Guil. Xylandro interprete. Basil. *III Voll.*

1580, f. OPERA, QVAE EXTANT, OMNIA PLVTARCHI CHAERONEI, ETHICA SIVE MORALIA COMPLECTENTIA INTERPRETE Excellentissimo ac celeberrimo I. C. Doctore, HERMANNO CRVSERIO, NVNC denuo summa fide ac diligentia recognita, multis in locis emendata, & in lucem edita. Cum Indice Rerum & Verborum locupletissimo & fidelissimo. *IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM, M.D.LXXX. In fine legitur: FRANCOFVRTI AD MOENVM, APVD* Georgium Coruinum, impensis Sigismundi Feyerabendij. *Anno M.D.LXXX.* —— 6 *ff.* praefixa, 742 pp. et 1 vac. *f.*, 20 *ff.* index. Bibl. acad. Lips.

1592, 8. — latine, interprete Guil. Xylandro. Francof., apud Wechel. *III Voll.*

1603, — 1619, 8. — latine, interprete Guil. Xylandro. Francof. apud I. Saurium. *III Voll.*

Bbb) Plura scripta.

a) Sine a. et l. notitia.

—, 4. Plutarchus de politica et imperatoria institutione ad Traianum imperatorem. Plutarchus de liberis educandis. Epistola Nicolai Sagundini ad Marcum Donatum patricium Venetum. Epistola Plutarchi ad Traianum Imperatorem. *In fine:* Plutarchi de liberis educandis finis: Per Guarinum Veronensem e graeco in latinum translatum. —— Hic liber impressus est *Mediolani.*

—, 4. Opuscula PLUTARCHI nuper traducta. Erasmo Roterodamo interprete. De tuenda bona valetudine praecepta. In principe requiri doctrinam. Cum principibus maxime philosophum debere disputare. Utrum graviores sint animi morbi quam corporis. Num recte dictum sit λάθε βιώσας. id est Sic vive ut nemo te sentiat vixisse. De cupiditate diuitiarum. *Infra insigne typogr. Ascens.* Vaenundantur ubi complura alia, et Plutarchi et Erasmi syntagmata, in aedibus Ascensianis.

β) Cum a. et l. notitia.

1488, f. Plutarchi opuscula quaedam, Alamano Ranucino interprete. Brixiae.

1505, 4. PLUTARCHUS de fortuna Romanorum et Alexandri, et de tranquillitate animi. BASILIUS MAGNUS de vita solitaria, Budaeo interprete. Impress. Parisii pro Oliverio Senant commorantem(?) in vico Iacobi ad intersignium S. Barbarae, ex aedibus Ascensianis MDV.

1508, 4. Plutarchi Regum & Imperatorum Apophthegmata Raphaele Regio interprete. — Plutarchi Laconica apophthegmata Raphaele Regio interprete. — Plutarchi Dialogus: in quo animalia bruta ratione uti monstrantur: Ioanne Regio interprete. — Raphaelis Regii apologia: in qua quattuor hae quaestiones potissimum edisseruntur. — Vtrum in Pliniani prologi secunda periodo. obiicere molliar: an obiter molliam sit legendum. — Vtrum imperator: an conterraneus Plinio sit castrense uerbum. — Vtrum hoc pronomen ille in tertia proboemii eiusdem periodo Catullum referat: an maximum (?) partem. Vtrum in periodi ipsius clausula. Vernaculis tuis & famulis: an Veraniolis suis & fabulis: Plinius scripserit. — Cum Gratia Et Priuilegio. F. 58a: FINIS. Impressum Venetiis o.pe & impensa Georgii de Rusconibus: Anno ab incarnatione domini. M.DVIII. die. II. octobris Sub inclyto principe Leonardo Lauredano. Registrum operis: a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z & A Omnes sunt quaterni. *Foll.* 2 *seqq. habent Raphaelis Regii carmen latinum.* —— 3 *ff.* tit. et praefatio Regii, *f.* 4 vacat. 35 *ff.*, *f.* 36 vacat; 2 *ff.* Raphaelis Regii epistola ad Leonardum Lauredanum. 35 *ff.*, 8 *ff.*, 16 *ff.*, et 2 *ff.* Corrigenda. Bibl. sen. et acad. Lips.

1510, 4. Plutarchus de tranquillitate, et alia duo opuscula, latine, Guilielmo Budeo interprete. *In fine:* Impressum Romae per Iacobum Mazochium MDX.

1510, 4. Plutarchi opuscula et de Placitis Philosophorum, latine, interprete Guilielmo Budeo. *In fine:* Impressum Romae per Iacobum Mazochium MDX. —— Num hi duo delectus iidem sint, nescio.

1514, 4. Opuscula Plutarchi nuper traducta. Erasmo Rot. interprete. Basileae apud Io. Frobenium Hammelburgensem. MDXIV. *In fine:* Basileae in aedibus Ioannis Frobenii Hammelburgensis, mense Augusto, Anno domini millesimo, quingentesimo decimo quarto.

1517, 4. Opuscula Plutarchi, interprete Erasmo. Basileae apud Ioann. Frobenium M.D.XVII.

1518, 4. PLVTARchi Chaeronēsis opuscula quaedā, Des. Erasmo Roterodamo, Stephano Nigro, Angelo Barbaro, Bilibaldo Pirckheymero, & Philippo Melanchthone Brettano, interpretibus. Quorum catalogū sequentis pagellae elenchus indicabit. APVD INCLYTAM BASILEAM. *Fol. ult. habet:* BASILEAE APVD IOANNEM FROBENIVM MENSE SEPTEMBRI. ANNO M.D.XVIII. —— 194 pp. et 1 *f.* cum subscriptione. Bibl. acad. Lips.

1520, 8. Ex PLUTARCHO (Opuscula VIII) versa per Des. Erasmum Rot., recognita per eundem ex collatione graecorum voluminum. *Infra Gerh. Listrii distichon graecum. In fine legitur:* Basileae per Ioannem Frobenium Mense Septembri An. M.D.XX.

1522, 8. PLUTARCHI CHAERONEI opuscula quaedā longe utilissima Raphaele ac Ioāne Regio, Nicolao Saguntino, & Guarino Veronen. interpretibus. Quorum est uidere catalogum in sequentis pagellae elencho. Indicem in

ipsius operis calce reperies. MOGVNTIAE AN. M.D.XXII. *In fine p.* 335: MOGVNTIAE APVD IOANNEM SCHOEFFER MENSE MARTIO AN. M.D.XXII. —— Bibl. acad. Lips.

1522, 8. PLVTARCHI Chaeron. Commentarii aliquot ab Othmaro Luscinio è graeco conversi de eo, quod docenda sit virtus. an improbitas sufficiat ad pariendam homini infelicitatem. num in convivio sit philosophandi locus. Argentorati per Ioannem Knoblouch. M.D.XXII. Kal. Sept.

1522, 4. Plutarchi Opuscula: De Garrulitate. de Auaritia. De modo audiendi. Ex Luciano. Demonactis philosophi vita per Rich. Paceum uersa. Venetiis impress. per Bernardinum de Vitalibus. mense Ianuario MDXXII.

1523, 4. Plutarchus de compescenda ira, de garrulitate, curiositate, sera Numinis vindicta, vitanda usura. Bilibaldo Pirckheymero interprete. Nurembergae apud Fridericum Peypus anno MDXXIII.

1528, 8. PLVTARCHI CHAERONEI PHILOSO*phi* & *historici quaedam lucubrationes, in gratiam Magnifici uiri D. Raimundi Fuggeri, latinitate iam recens ab Ottomaro Luscinio donatae. De Fortuna. De uirtute & uicio. De amicitia in multos diffusa. Paramythecus insignis ad Appolloniū super morte filij. Additus est insuper commentarius eiusdem, de fugiendis & sequendis in poetica, pro D. Fuggeri liberis.* M.D.XXVIII. —— 75 non num. *ff.* In fine *f.* 75*b*: Reiectamenta, inter legendum, obiter relicta si offenderis, Candide lector, boni consule, qum (?) non sint nisi que attentum lectorem minime remorentur, Vale. Augustae vindelicorum, ex officina Alexandri Weyssenhorn, cis aedem diuae Vrsulae, Anno reparatae salutis sesquimillesimo. 28. Mense Nouembri. Bibl. acu. Lips.

Ccc) Singula opuscula.

1) De educatione puerorum.

α) *Sine a. et l. notitia.*

—, 4. Petri Pauli Vergeri Iustinopolitani de ingenuis moribus. Basilius Magnus de legendis antiquorum libris interprete Leonardo Aretino. Eiusdem traductio de tirannide ex Xenophonte. Plutarchus de liberis educandis (*cum praefatione Guarini Veronensis, quae omnia terminantur Calphurnii epistola*). *In fine:* Impressa Florentie per fco Dini Florentino. —— Cum *sign.*

—, 4. —— *V.* infra *Politica.*

—, 4. Plutarchus de liberis educandis e greco traductus per Guarinum Veronensem ad Angelum Cornelium civem Florentinum. *In fine legitur:* Explicit plutarcus de liberis educandis. —— 16 *ff.* cum 27 lin. Char. Arnoldus Therhoernen impressit Coloniae.

β) *Cum a. et l. notitia.*

1485, 4. PETRI PAVLI VERGERII ad Ubertinum Carariensem de ingenuis moribus opus. GVARINI Veronensis in Plutarchum praefatio. PLVTARCHVS de liberis educandis latine. HIERONYMI presbyteri de officio liberorum erga parentes. LEONARDI ARETINI in Magnum Basilium praefatio. Magni BASILII de institutis iuuenum liber latine. Impressum Brixiae per Boninum de Boninis de Ragusia MCCCCLXXXV. die VI. Decembris.

1485, f. Guarini Veron. in Plutarch. praef. Plutarchus de puerorum educatione. Hieronymi admonitio de officiis liberorum erga parentes. Brixiae per Iacobum Britannicum MCCCCLXXXV. die VII. Decembr.

1493, 4. Petri Pauli Vergerii de ingenuis moribus. Xenophon de Tyrannide. latine. Guarini Veronensis in Plutarchum praefatio. *In fine:* Venetiis per Damianum de Mediolano M.cccclxxxxiii. die. xxi. Iunii.

1494, 4. Petri Pauli Vergerii de ingenuis moribus. Xenophon de Tyrannide ex interpretatione Vergerii, Guarini Veronensis in Plutarchum praefatio. Venetiis per Damianum de Mediolano 1494.

1495, 4. Petri Pauli Vergerii Iustinopolitani de ingenuis moribus ac liberalibus disciplinis Liber ad Ubertinum Carrariensem. — S. Basilii de liberalibus studiis liber. — Guarini Veron. in Plutarchum praefatio. Plutarchus de liberis educ. liber. *In fine:* Brixiae quam accuratissime emendatissimeque impressum per Venerabilem dominum presbyterum Baptistam Farfengum artis impressoriae solertissimum. Impensa Francisci Laurini ciuis Brixiae Anno a Natali Christiano MCCCC.XCV. die iiii. Aprilis. —— Char. rom.

1497, 4. Petri Pauli Vergerii de ingenuis moribus uną cum commentariis

Ioannis Bonardi presbyteri Veronensis. Basilii de legendis antiquorum libris opusculum diuinum. Traductio de tyrannide ex Xenophonte. Guarini Veronensis in Plutarchum praefatio. *In fine*: Impressum Venetiis per Ioannem Tacuinum de Tridino die. xxii Septembris. M.cccc.lxxxxvII.

1514, 8. Plutarchi Cheronei de liberis educandis libellus: Latine redditus per Guarin. Ueron. Impressum apud Florianum Unglerium. Expensis Domini Ioannis Haller ciuis et consulis Cracouien. Anno a Christo nato MDXIIII. die XI. Septembris.

1525, 8. Plutarchi Chaeronei libellus de liberis educandis plane aureus, Guarino Veronensi interprete. Coloniae in aedibus Eucharii MDXXV.

1527, 8. Luciani Samosatensis Hermotinus seu de Sectis Dialogus perquam elegans ac festivus, Obsopaeo interprete. Eiusdem item Dialogi amatorii quatuor, Chiliano Mansueto interprete. Plutarchi Chaeronensis de liberorum educatione libellus, Ioanne Metzler interprete. Iam omnia haec recens versa et edita. Haganoae per Ioan. Secerium Anno M.D.XXVII. mense Iunio.

1572, 8. Plutarchi libellus de educatione liberorum, ex Graeco Sermone in Latinum conuersus, tertio recognitus et emendatus a Petro Rivandro. Gorlitiae excud. Ambr. Fritsch. MDLXXII.

1574, 4. — latine, interprete Guil. Plantio. Francof.

1682, 4. *ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΑΡΜΟΝΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Γ.* CLAUDII PTOLEMAEI HARMONICORUM LIBRI TRES. *Ex Codd. MSS. Undecim, nunc primum Graece editus.* Johannes Wallis, SS. TH. D. Geometriae Professor Savilianus *Oxoniae*, Regiae Societatis *Londini* Sodalis, Regiaeque Majestati à Sacris; Recensuit, Edidit, Versione & Notis illustravit, & Auctarium adjecit. OXONII, E THEATRO SHELDONIANO, An. Dom. 1682. —— 7 *ff.* titulus et 3 *ff.* index Claudii Ptolemáei Harmonicorum; 274 pp. oratio graeca cum versione latina, subiectis variis lectionibus; p. 275 — 279: Addenda [codicum mstorum quatuor variae lectiones] & Emendanda; p. 281 — 328: Appendix de Veterum Harmonica ad Hodiernam comparata. Ex praefatione, in qua suam edendi libri viam rationemque accurate demonstrat editor, qui plures adhibuit codices, atque novam versionem fecit, transscribenda duxi haec: „Neque tamen censui, in Notis quas apposui, semper insinuandum, quando & quam ob causam ab ea recedo; tum quia liber ille in multorum manibus versatur, (ut possit, qui velit, utramque versionem [Gongavini et editoris] invicem conferre;) tum quia nollem (cum illud saepius faciendum esset) insultabundus videri occasiones omnes aut captare, aut quaerere, criminandi. Ut qui conscius sum, quam non sit parvi laboris, ex codicibus Manuscriptis (depravatis ut plurimum, & ab imperitis librariis exaratis,) librum emendatum eruere. Laudandum potius putaverim virum bonum & non indoctum, qui rem ita praestiterit, ut jam, post annos plus centum, nemo hactenus repertus fuerit qui authorem optimum, sed depravatum, melius ediderit. Ob eandem causam (quod liber ille sit in multorum manibus) neque adnotandum censui (raro saltem,) quando quo ille usus est codex à nostris videtur variasse (quod ex versione non raro conjiciendum erat), aut (ubi nostri variant) cum quibus horum consenserit; aut etiam numeros apud illum vitiosos, hic repetendos. Id saltem notandum; ut habent Codices singuli sua menda, sic erant horum plurima omnium communia, ut certum sit satis esse antiqua & ab aliis in alios codices translata: Praesertim, quae numeros spectant; qui itaque non erant, nisi calculo de novo instituto, restituendi. Quod igitur, per totum opus, & facto opus erat, & factum est. In Codicibus autem MSS. quae occurrunt, Lectiones variantes scrupulosius apposui; (quoniam illi sunt in pauciorum manibus:) ut siquis aliam à nostra lectionem praetulerit, id ei liberum foret. In versione; non tam elegantiam sectatus sum (modo non sit oratio barbara) quam ut sensus sit perspicuus: adeoque Graecorum verborum ordinem, & structuram syntaxeos, nonnunquam sic immuto, ut rerum connexio fiat manifestior; & hyperbata, quantum fieri possit, evitentur; aut interpunctionibus, & parentheseon notis, leniantur; insertis item (ubi opus videbatur) vocabulis, (diversa characterum forma distinctis,) quae obscuras alioqui futuras clausulas illustrent. Id potissimum prae oculis habens, ut, & rem ipsam perspicue exponerem, & quam potuerim, fidi interpretis, vices implerem. Notas autem quas adjiciendas putabam (sive quae verba Graeca, sive quae rem ipsam spectabant,) mallem in imo margine subjungere (quam ad calcem conjicere,) ut una cum Textu in conspectu essent.“ Haec editio splendida est bibl. sen. Lips. Rep. 1699.

1699, f. — Nunc primum e codicibus MSS., cum Porphyrii commentario, Graece et Latine edidit Io. Wallis. —— *V.* eius: Opera. (Oxon.) T. III. p. 1 sqq.

5) De iudicandi facultate.

1663, — 1681, 4. Cl. Ptolemaei Tractatus de iudicandi facultate & animi principatu. Accesserunt de illius patria et astronomiae sedibus Olympiodori et Theodori *Meliteniotae* testimonia, et Inscriptio Canobi ab ipso consecrata. Ex regia Bibliotheca primum edidit, Latine reddidit, et Commentariis illustrauit, Ism. Bvllialdvs. Paris., apud Sebast. Mabre-Cramoisy. MDCLXIII. — Editio nova. *ib.* MDCLXXXI. —— Editio nova nihil nisi titulus mutatus est.

6) Canon regnorum.

1606, — 1658, f. Ptolemaei Canon regnorum, graece. —— V. *Ios. Scaligeri* Isagogicorum chronologiae Canonum. p. 291 sq. *V.* Eusebius II. Cc) 9).

1619, 4. — integrius e codice D. Ouerallii edidit Sethus Calvisius. —— *V.* eius Isagoges chronologicam. p. 702 sqq.

1620, 4. —— Cum Procli Sphaera et *Ptolemaei* Hypothesibus. Lond. *V.* Proclus. I. Bb) 7).

1633, 12. — graece et latine. —— In *Dionysii Petavii* Rationario temporum.

1684, 8. — 1685, — 1690. — 1700, f. Cl. Ptolemaei Canon regum astronomicus, graece et latine, partim cum MSS. editisque collatus, partim ex MSS. nunc primum editus; Fragmentum Theonis Alexandrini in προχείρους Ptolemaei Κανόνας, e Msto Barocciano; Fragmentum Imperatoris Heraclii in προχείρους Ptolemaei κανόνας, e Msto eodem Barocciano, cum notis Henr. Dodwelli. In Appendice ad eiusdem Dissertationes Cyprianas. Oxon. 1684, 8. et 1685, f.; *Bremae* 1690 et *Amst.* 1700.

7) De inerrantibus.

1630, — 1703, f. Ptolemaei inerrantium stellarum Apparitiones & significationum Collectio. Graece cum latina versione, Dionysio Petavio interprete. —— In eiusdem *Uranologio.* Paris. 1630; Antverp. 1703. Textus valde mutilus est et depravatus.

1705, 4. Ptolemaei inerrantium stellarum Apparitiones et significationum Collectio. Graece cum latina versione Fed. Bonaventurae. —— In *Fabricii* Bibl. Gr. T. III. p. 420 sqq. Tantum initium libelli integrum exhibetur, quod in Petavii editione deest; ex reliquis tantum varias lectiones e suo codice dedit *Fabricius.*

8) Hypotheses.

1620, 4. Ptolemaei de hypothesibus planetarum liber singularis. Ex codicum Mss. collatione summa diligentia restituit, et reddidit. —— Cum Proclo. *V.* ib. I. Bb) 7).

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Opera plura.*

1551, f. CLAVDII PTOLEMAEI Pelusiensis Alexandrini omnia quae extant opera, praeter Geographiam, quam non dissimili forma nuperrimè addidimus: summa cura & diligentia castigata ab Erasmo Osualdo Schrekhenfuchsio, & ab eodem Isagogica in Almagestum praefatione, & fidelissimis in priores libros annotationibus illustrata, quemadmodum sequens pagina catalogo indicat. BASILEAE. *In fine p.* 447: BASILEAE IN OFFICINA HENRICHI PETRI, MENSE MARTIO, ANNO M. D. LI. —— 4 non num. *ff.*, 447 pp. Pag. 333 — 378 legitur: „PROCLI DIADOCHI Hypotyposis astronomicarum positionum, Georgio Valla Placentino interprete.“ Bibl. sen. Lips.

Bb) *Opera singula.*

1) Geographia.

1462, f. *F.* 1 *vacat. F.* 2 *a col.* 1 (*sign.* A; *male pro* Ai): BEATISSIMO PA-TRI ALEXAN||DRO QVINTO PONT. MAX. AN||GELVS. *F.* 1 *b col.* 1: CLAVDII PTOLEMAEI COS||MOGRAPHIAE LIBRI PRI||MI CAPITA. *F.* 2 *b col.* 2 *lin. ult.*: CAPVT SECVNDVM. *quod f.* 3 *a col.* 1 *lin.* 1 (*sign.* A i; *male pro* A ii) *incipit*: (q)Vis cosmographiae finis: & in quibus || a corographia differat strictū in priori||bus annotatū sit. *etc. F.* 60 *a col.* 2: CLAVDII PTOLAMAEI (?) ALEXAN||DRINI COSMOGRAPHIAE OCTA||VI ET VLTIMI LIBRI FINIS. || Hic finit Cosmographia Ptolemei impressa || o.pa dominici de lapis ciuis Bononiēsis || ANNO. M.CCCC. LXII. || MENSE IVNII. XXIII. || BONONIE || REGISTRVM HVIVS LIBRI || Primum uacat || Beatissimo patri || Quis cosmographiae || *etc.* FINIS. REGISTRI. || Sequitur epistola & tabula Textus & figurati. *F.* 60 *b vacat. F.* 61 *a*: Tabulas Cosmographiae secundum dimensiones Ptolomei impressas tibi quisquis es Nobilium operum stu||diose; non solum ob eam rem cōmendo: q, ab excellentissima Ptolomei scientia manarunt. Sed multo ma-||gis. Quia & characteres & figure tanta sunt diligentia correcte ut non multo plus Ptolomeo ob mirabilem || primā cōpositionē. Quā nouo corrector ob emēdationē cōgruā debere uideamur. Nā frustra suo coelesti īge||nio Ptolomeus scientiam mundi mundo reliquisset. Nisi preteritorum seculorum ignorantia simul ac temeri||tate corruptos. Eius codices & peruersas confusasq; ta-

bularum figuras noua corrigentis industria sincera fid' || ad ipsius auctoris dignitatem reuocasset. Et Ptolomeum non modo ceteris hominibus. sed ipsi quoq; Pto||lomeo restituisset. Accedit mirifica imprimendi tales tabulas ratio. Cuius inuentoris laus nihil illorum laude || inferior. Qui primi lrarum imprimendarum artem pepererunt in ad mirationem sui studiosissimum quemq; || facilime conuerrere(?) potest. Opus utrumq; summa adhibita diligentia duo Astrologiae peritissimi casstigauerūt || Hieronimus (?) Mamfredus (?) & Petrus bonus. Nec minus curiose correxerunt summa eruditione prediti Gal||leottus Martius & Colla montanus. Extremam emendationis manum imposuit philippus broaldus(?) qui pli||nii Strabonis reliquorumq; id genus scriptorum Geographiam cum Ptolomeo conferens. ut essetq̄ emēda||tissimȝ elaborauit. *F.* 61 *b col.* 1: TABVLAE PICTVRAE SEV FIGV||RATI ET SITVS INFRA SCRIP-||TORVM V_3. SITVS. *Enumerantur tabulae geographicae, quae deinde eodem ordine sequuntur ligatae, sed aliter in superiore ora signatae. F.* 62 *vacat. Sequuntur tabulae geographicae XXVI (non XXVII, ut Heeren dixit), et quidem tabula mundi, decem tabulae Europae, quatuor Africae, decem Asiae, unaque Insularum indicarum.* —— Char. rom. Omnes tabulae sunt metallo incisae, et quidem aeri sive potius stanno. Tabulae impressae coloribus pictae sunt. Ex dedicatione libro praemissa transscribo haec: „Ceterum geographiam. hoc ē || terre Descriptionem. Auctor hic noster hoc om||ne opus grece nuncupat: quam appellationem || uir seculi nostri erudentissimus (?) Manuel Con||stantinopolitanus suauissimus litterarum greca||rum nostri seculi apud nos preceptor. dum ī la||tinum eloquium id transferre ad uerbum. licet || pariter incipit non mutauit: sed nos in Cosmo||graphiam id uertimus. quod uocabulum licet ēt || grecum sit: tamen apud latinos ita usitatum est || ut iam pro nostro habeatur: credamusque uiruȝ || eum: si id quod transtulit emendasset: omnino || illud in Cosmographiā mutaturū fuisse. Naȝ si || Pliniuis (?) ceterique latini: qui terrae situm descri||pserunt: opus suum Cosmographiaȝ appellant. || Et auctores ipsi Cosmographi dicuntur: nescio || cur Ptolemei opus: qui idem tractat: eodem uo|| cabulo apud nos appellari non debeat.“ *etc.* Copiose accurateque exemplar huius editionis, quod in bibl. Monac. reg. adservatur, describit *Bernhartus* in *Aretini* Beyträge Vol. V. p. 550 sqq.; erravit autem in eo, quod *fol.* vacuum in libri fronte numerare omiserit, quamquam in registro expresse indicatur, uti ex mea notitia luculenter apparet. Omnes viri bibliographiae antiquariae periti ante eum atque etiam novissimo tempore *Ebertus* in describenda hac editione erraruntur, si non fortasse exemplaria descripta inter se differunt. Ego volumen editionis, quod in bibl. acad. Lips. est, diligenter evolvi et descripsi. Litterae initiales inprimis in prioribus et postremis foliis desunt et colore rubro vel passim caeruleo pictae sunt; in mediis autem foliis expressae conspiciuntur typis. Ceterum liber duabus columnis impressus est. Ordo tabularum geographicarum in earum ora suprema ipse indicatus est, sed cum non in omnibus tabulis factum sit, et in aliis exemplaribus aliter, quod ex *Bernharti* notitia p. 555 liquet, eas inscriptiones hic indicabo. *Tabula prima* est *Mappa mundi*, et inscriptione caret; *tabula secunda* inscripta est: PRIMA. TABVLA.; *Tabula tertia* inscripta est: TABVLA 2; *Tabula quarta.* : .TABVLA. .TERCIA.; *Tabula quinta* : .QVARTA. .TABVLA.; *Tabula sexta* : .TABVLA. .QVINTA. *Tabula septima* non signata habet Italiam et Corsicam; *Tabula octava*: .TABVLA. . SETE.; *Tabula nona* : TABVLA 8; *Tabula decima* : .TABVLA. 9; *Tabula undecima non signata* habet Mysiam inferiorem, Dalmatiae partem, Epirum, Thraciam, Macedoniam, Achajam, Peloponnesum, Cretam insulam, Asiam minorem, Rhodum insulam *al.*; *Tabula XII.* : .TABVLA. .11. (*Bernhartus:* Tabula 12; *Alter* in Allgem. litterar. Anzeiger 1800. no. 102: Tabula 11); *Tabula XIII.* : TABVLA 12 (*Bernhartus* hic enumerat non numeratam tabulam Numidiae et Africae minoris; *Alter:* Tabula 12); *Tabula XIV.*: TABVLA 13, et habet Numidiam et Africam minorem; *Tabula XV.* continet Lybiam interiorem, atque signatura caret; *Tabula XVI.* : .TABVLA. . 17.; *Tabula XVII.* . TABVLA. 16.; *Tabula XVIII.* : TABVLA. 18.; *Tabula XIX.* .:. TABVLA. 19.; *Tabula* XX. : .TABVLA.. 20.; *Tabula XXI.* : .TABVLA. . 21.; *Tabula XXII.* : .TABVLA. . 22.; *Tabula XXIII.* :. TABVLA . 23.; *Tabula XXIV.* :. TABVLA. . 24.; *Tabula XXV.* : .TABVLA. : 25.: *Tabula XXVI.* : TABVLA 26. Numerus tabulae duodecimae in nonnullis exemplaribus emendatus esse videtur. De anno, quo haec editio prodiit, viri bibliographiae periti non consentiunt. Annum verum esse 1472, et legendum pro 1462, dicunt *Debure* (Bibliographie instructive

no. 4192), *Benj. Gamba* (in libello: *Osservazioni su la edizione della geografia di Tolomeo fatta in Bologna colla data del* 1462. *Bassano* 1796, 8 *mai.*), et *Alter* (Allgem. litterar. Anzeiger. no. 102. p. 993 sqq.); a. 1480 defendit *I. Bt. Bernhart* (in *Aretini* Beyträge Vol. V. p. 497 sqq.); a. 1482 *Heineken* (Idée générale d'une Collection complette d'Estampes, p. 145), *Audiffredi* (Spec. Editionum ital. p. 12 sqq.), *Dibdin* (in Bibl. Spencer. Vol. II. p. 2973 sqq.), *Raidelius* (in Commentatione crit.-lit. p. 40) *Panzer* (in Annal. typ. Vol. I. p. 215. no. 80) aliique; a. 1491 (MCCCCLXLI.), esse verum statuit *Breitkopfius* (in libello: Ueber den Druck der geograph. Karten p. 6); quos *Ebertus* secutus est, et *Heerenius* (ib. c. p. 63), qui tamen librum ipsum non vidit. *Santander* in Dictionnaire bibliographique Vol. I. p. 250. Vol. III. p. 304 nihil certum edicit; putat annum esse posse vel 1482 vel 1492. Conf. etiam *Mucciolii* Catalogum bibl. Malatest. T. II. p. 205. *Heinekii* Nachrichten von Künstlern T. I. p. 282. II. praef. p. XXVIII.

1475, f. min. *F.* 1 *vacat. F.* 2 *a lin.* 1: BEATISSIMO PATRI ALEXANDRO. *In fine f.* 144 *b*: Cl. Ptolemaei Alexandrini cosmographiae octavi et ultimi finis. — *Sequitur epistola inscr.*: Angelus Vadius et Barnabas picardus vicentinus lectori Sal. — Habes lector: quantum per nos fieri potuit. accuratissimum librum. in quo si forte quid te offenderit. non enim confidimus omnia ad unguem exegisse: ne propterea: quae recta sunt asperneris, rogamus. Vale. — En tibi lector Cosmographia Ptolemaei ab Hermano Levilapide Coloniensi Vicenciae accuratissime impressa. Benedicto Triuisano: & Angelo Michaele praesidibus. M. CCCC. LXXV. IDI. SEPT. —— In exemplari Spenceriano, quod *Dibdinus* in Bibl. Spencer. T. II. p. 292 describit, adiecta praeterea sunt 5 *ff.* Primum eorum pag. aversa inscriptum est: „*Ymago Mundi Incipit*". Insunt tabulae geographicae ligno incisae, et explicationes, char. goth. impressae. Haec editio revera est versionis latinae princeps, et in bibl. Gotting. adservatur. *Heeren* de ea notat in sua dissertatione p. 63 haec: „Est vero in folio minori, sine tabulis Geographicis. Praemittitur ei epistola dedicatoria Iacobi Angeli ad Pontificem Alexandrum V: ex qua discimus, Manuelem Chrysoloram Ptolemaei versionem incepisse quidem, non tamen absolvisse. Alexander autem V., cum ne integrum quidem annum inde a Maio a. 1409 usque ad Aprilem 1410 sedem papalem occupauerit, Iacobi Angeli versio hoc anno confecta seu saltem absoluta esse debuit. Curarunt editionem Vicentinam Angelus Vadius et Barnabas Picardus."

1478, f. mai. *F.* 1 *a vacat. F.* 1 legitur anonymi dedicatio ad Sixtum IV. *F.* 2 *a col.* 1 *lin.* 1 *est*: Claudii Ptolemaei Cosmographie. *F.* 69 *b col.* 1: NVMEROS MATEMATICOS || INEXPLICABILE FERME TER||RE ASTRORVMQVE OPVS|| CLAVDII PTOLEMAEI ALEXAN||DRINI PHILOSOPHI GEOGRAPH||IAM ARNOLDVS BVCKINCK E || GERMANIA ROME TABVLIS AE||NEIS IN PICTVRIS FORMATAM || IMPRESSIT. || SEMPTERNO(!) INGENII ARTIFI||CIIQVE MONVMENTO. ANNO || DOMINICI NATALIS M. CCCC. || LXXVIII. VI. IDVS OCTOBRIS || SEDENTE SIXTO. IIII. PONT. || MAX. ANNO EIVS. VIII. *Sequuntur* 1 *vac. f.*, *et XXVII tabulae geographicae.* —— Char. rom., sine *sign. cust.* et pagg. *num.* Splendidum exemplar possidet bibl. Gotting: *Heeren* l. c. p. 64 de ea docet: „Exhibet ea non minus versionem Iacobi Angeli; passim tamen emendatam. Demandata fuit haec cura, ut ex praefatione patet, Domitio Calderino, qui cum vetustissimo graeco codice, manu Gemisthi Philosophi emendato, latinos codices contulit. ... Est vero haec editio prima, quae mappis geographicis instructa est." De mappis huius editionis p. 68 dicit haec: „Mappas huic editioni additas, esse apographa mapparum codicis [Vindobonensis], nominibus tamen graecis latine redditis, ac nonnullis ex Ptolemaeo ipso suppletis; meridianis vero lineis quidem rectis, attamen paulo inclinatis." Ex epistola dedicatoria, qua liber Pontifici Sixto IIII. datus est, exhibeo ea, quae ad tabulas geographicas spectant, et quae *Bernhartus* l. c. p. 541 sq. refert. Sunt autem: „Qua in re ne librariorum inscitia tue Sanctitatis aures offenderet. Domitius Calderinus Veronensis cui hujus emendationis prouintia de mādata fuerat eam curā suscepit asserens cum uetustissimo greco manu gemisti Philosophi emendato latinos codices se collocaturus Magister uero Conradus Suūeynheym Germanus a quo formandorū Rome librorū ars primū profecta est. Occasione hinc sumpta posteritati consulens animum primum ad hanc doctrinam capescendam applicuit. Subinde mathematicis adhibitis uiris quemadmodum tabulis eneis imprimerentur edocuit trienioque in hac cura consumpto diem obiit. In cujus uigilarū (?) laborumque partem nō inferiori ingenio ac studio Arnoldus Buckincke Germania uir apprime eruditus ad imperfectum opus suc-

cedens ne Domitii Conradique obitu eorum uigilie emēdationesque sine testimonio perirent neue uirorū eruditorū censuram fugerent immense subtilitatis machinamenta examussim ad unum perfecit.“ Ex hoc loco colligit *Bernhartus Conradum Schweynheym* esse primum, qui artem invenerit tabularum geographicarum aeri incidendarum, ideoque editionem a. MCCCCLXII signatam huic posteriorem esse habendam. Idem *Bernhartus* docere conatus est l. c. p. 545 sqq. *Conradum Schweynheym* anno 1474 mortuum esse, quia Polybii versio latina ultimus est liber, in quo eius nomen appellatur, et *Nicolai Perotti* Rudimenta Grammatices *Arnoldus Pannartz* solus „a. M. CCCC. LXXIIII. die secunda mensis Decembris Seden. Sixto Pont. Max. anno eius quarto.“ in lucem publicam emisit. Egentes fuerunt omnium fere subsidiorum ad vivendum necessariorum *Conradus Schweynheym* et *Arnoldus Pannartz*; hoc ex epistola, praemissa bibliis cum Glossis Nicolai Lyrae Vol. VI. et data Romae XX. Martii 1472, patet, quae post indicem exhibetur. Haec sunt verba: „Horum omnium uoluminū summa ut tua pietaſ perſpicit pater Beatiſſime niſi fallimur efficit codiceſ duodecieſ mille quadringenteſ septuaginta quinque acerū q,dem ingentē et nobis Impressoribuſ tuiſ ad ferendum qua parte restat: intolerabilem: propter eam qua in initio epistole poſueramuſ necessitatem nā ingens sūptuſ ad uitu neceſſariuſ emptoribuſ ferri ampliuſ a nobis nequit. Et ementeſ non eſſe nullum eſt grauiuſ teſtimonium q̇, qui domuſ noſtra ſatis magna plena eſt quinternionū inaniſ re4 neceſſariarum. In te igitur clementiſſime pater qui eſ ſapientiſſimuſ doctiſſimuſque ſpeſ nostra ſita ē in te subueniēdi noſtre neceſſitati eſt copia4 ne pereamuſ. Da nobiſ ſubſidiū de excelso throno majeſtatiſ tue. pāti ſumuſ pro clementie tuo arbitrio de noſtra merce id eſt de impreſſis quīternionibuſ noſtris tibi tot tradere: quot uolueriſ et q,buſ uolueriſ. Tua in credibiliſ māſuetudo ſubueniat nobis de aliquo officio unde poſſimuſ uoſ et noſtros alere. Impēſa eſt facta in ſolius Nicolai de Lyra a nobis uoluminibuſ tanta ut ampliuſ nihil nobiſ ſuperſit ad uiuendum.“ *etc.*

1482, f. *F.* 1 *a lin.* 1 *incipit dedicatio inscripta:* Beatissimo Patri Paulo Secundo Pontifici Maximo Donis Nicolaus Germanus. *F.* 2 *a col.* 1 *lin.* 1*:* COSMOGRA. *F.* 69 *a col.* 1 *explicit Ptolemaei liber*, *et lin.* 23 *legitur:* HINC SEQVVNTVR TABULAE. *In superiore ora primae tabulae legitur:* Insculptum est per J. Schnitzer de Armssheim. *et in fine* XXX *f. ult. a* *est:* CLAUDII PTOLOMEI VIRI ALEXANDRINI COSMOGRAPHIE OCTAVUS ET VLTIMVS LIBER EXPLICIT OPUS DOMINI NICOLAI GERMANI SECUNDUM PTOLOMEUM FINIT. ANNO MCCCCLXXXII. AUGUSTI VERO KALENDAS. XVII. IMPRESSUM VLME PER INGENIOSUM VIRUM LEONARDUM HOL PREFATI OPPIDI CIVIS. —— Reliqua quae *Panzer* in Annal. typ. T. III. p. 535 sq. huic editioni attribuit, ad editionem a. MCCCCLXXXVI. pertinent. Sunt autem in hac editione XXXII tabulae geographicae; ideoque quinque plus quam in prioribus editionibus. Has enim addidit *Nicolaus Donis.* Paginae litteris sunt signatae. Cognita hactenus sunt quinque exemplaria in ch. pergam. impressa: primum apud *M'Carthy* 800 *fr.* (antea 400 *fr. Gaignat*, et 412 *fr. Brienne*), alterum apud Spencerum; tertium apud Ducem Devonshire, quartum in Museo Britannico, et quintum in bibl. Rhedingeriana Vratislaviae. Hoc ultimum exemplar ab aliis diversum est, in eo enim tres ultimae lineae subscriptionis desunt, et verba: *Calendas XVII.* finiunt, neque locus impressionis neque impressor indicantur. In prima tabula etiam omissa est notitia de tabularum sculptore. Sunt autem omnino diversi generis editiones, de quibus omnium accuratissimus est *Bernhartus* in *Aretini* Beiträge zur Geschichte und Litteratur Vol. V. p. 531. dicens: „Die churfürstliche Central-Staatsbibliothek [nunc bibliotheca regia appellatur estque Monachii] hat von dieser Ausgabe 2 Exemplare; eines, welches ehedem dem Doctor *Hartmann Schedel* von *Nürnberg* angehörte; und eines, welches sie aus einer Bibliothek der aufgelösten Klöster erhielt. Die 2 Exemplare stellen den merkwürdigen Unterschied dar, dass, obwohlen der Text des Hauptwerkes, nämlich der 8 Bücher des Ptolemaeus selbst, und die von *Johann Schnitzer de Armsheim* in Holz geschnittenen Karten in denselben ganz gleich sind, doch der Text, welcher den Karten zur Erklärung derselben besonders beigesetzt ist, und das am Ende noch abgedruckte Blatt, von zweyerley Auflagen sind. Denn nicht nur sind in beiden Exemplaren die Einfassungen dieses Textes oft verschieden, sondern der Text selbst hat auch andere Lesarten, und die Zeilen schliessen sich nicht allemal mit dem nämlichen Worte. Was die Verschiedenheiten des Textes betrift, so will ich nur aus jenem, welcher der 6ten Karte von Europa, die Italien enthält, voranstehet, zwei Stellen zur Vergleichung ausheben. Das Schedelische Exem-

plar liesst am Anfange dieser Karte also: SEXTA EVROPE ta-||bula continet Italiam & || Cyrnū insula (!) cū ceteris || sibi adiacētib insul' ..... — Die 34te und 35te Zeile lautet dann also: CIRNI SIVE CVRSICE INSVLE || Aletia (!) maximā diē hēt horas $14\frac{1}{2}\ \frac{1}{3}\ \frac{1}{12}$ &c. — Dagegen hat das andere Exemplar: SEXTA EVROPE TABVla || Italiam continet et cyrnum in-|| sulam cum ceteris sibi adiacenti-||bus insulis ...... — Die 33te und 34te Zeile hat: CIRNI. SIVE. CVRSICE. CIVITATES. IN. || Aleria maximam diem habet horarum $14\ \frac{1}{2}\ \frac{1}{3}\ \frac{1}{12}$. — Auch ist der in Holz geschnittene Anfangsbuchstaben nicht einerley: der im Schedelischen Exemplar erscheint ohne Einfassung, der im anderen Exemplar aber mit einer Einfassung. Im Schedelischen Exemplar ist das allerletzte Blatt, welches nach den Karten folgt, und die Schlussschrift mit dem Druckort und Druckjahre enthält, auf beiden Seiten mit beweglichen Buchstaben gedruckt; in dem andern Exemplar ist aber die ganze Vorderseite dieses Blatts mit unbeweglichen in Holz geschnittenen Buchstaben abgedruckt: die Rückseite hingegen ist durchaus mit beweglichen Buchstaben, und zwar so gedruckt, dass alles pünktlich mit dem Schedelischen Exemplar, selbst mit Beibehaltung des in der Schlussschrift vorkommenden Druckfehlers IMPRSSVM, zusammenstimmt. — Man möchte glauben, dass der eine oder der andere Abdruck dieser 2 Exemplaren mit der nachstehenden Ulmer Ausgabe von 1486 zusammentreffe; aber auch der Abdruck von dieser Ausgabe weichet von beiden des Jahres 1482 ab: denn die Ausgabe von 1486 hat den Text der Karten weder mit einem Laubwerk, noch mit einer anderen Verzierung eingeschlossen, und sie hat selbst im Text einige von den 2 Ausgaben des Jahres 1482 abweichende Lesarten; so stehet z. B. in beiden Exemplaren von 1482 im Text der ersten Karte von Europa, welche England, Schottland und Irland enthält, die Lesart: et eo qui *vergionius* appellatur; wo die Ausgabe von 1486 aber hat: et eo qui *vergonius* appellatur. Diese letztere Ausgabe von 1486 hat zwar nach der allerletzten Karte auch ein besonderes Blatt; aber dasselbe hat nur die erste Kolumne der Vorderseite allein mit unbeweglichen Buchstaben abgedruckt; die 2te Kolumne davon, und die ganze Rückseite ist völlig leer. — Hieraus ergiebt sich, dass die den Ulmer Karten des *Johann Schnitzer de Armsheim* beigefügten besonderen Texte dreimal aufgelegt worden sind, nämlich zweimal durch *Leonard Hol* im Jahre 1482, und einmal durch Johann Reger im Jahre 1486. — Diese Bemerkungen werden den Sammlern der verschiedenen Ausgaben von der Kosmographie des *Ptolemäus* nicht unangenehm seyn; da von diesem Umstande der Ausgabe von 1482 noch kein Bibliograph etwas in Erinnerung gebracht hat. Zwar sagt Raidelius a. a. O. S. 47 von dieser Ausgabe: „Notandum est, nonnulla hujus editionis exemplaria membranae fuisse impressa; ex quorum uno desumtae Tabulae, quae Codici MS. Norimbergensis Biblioth. sunt additae. Discrepant eae ab aliis hujus editionis Tabulis, chartae impressis; membranaceae in prima parte, cui Textus Ptol. ad eam explicandam quicquam faciens, inscriptus est, quatuor lineis paulo crassioribus, variis ductibus coloribusque distinctis, sunt exornatae; chartaceae vero iis destituuntur“; aber aus der obigen Angabe sieht man, dass hier unter den Karten, von denen der Text ohne Laubwerk ist, jene verstanden werden müssen, welche der Ausgabe vom Jahre 1486 beigefügt worden sind; weil in beiden Abdrücken des Leonard Hol von 1482 dieses Laubwerk erscheint, in dem Abdruck des Johan Reger von 1486 dasselbe ausgelassen worden ist.“ *Heeren* de mappis huius editionis in sua dissertatione p. 69 sqq. docet haec: Venio ad mappas editionis Vlmensis A. 1482. Instructa est ea mappis *Nicolai Donis*, Germani, ex ordine Benedictorum in coenobio Reichenbach; non tamen aeri, ut illae prioris editionis, sed ligno incisis, et coloribus obductis, qui in illa deerant. Insculptae autem sunt, teste superscriptione a Johanne quodam Schnitzer de Armsheim. Dedicauit eas Donis Papae Paulo II., qui ab a. 1464 usque ad annum 1471 sedem tenuit; unde certum est, mappas intra hosce annos ab eo esse confectas. In praefatione autem dedicatoria de earum constructione haec legimus, quae ipsis eius verbis apponam: „Cum quae summo ingenio exquisitaque doctrina Ptolemaeus Cosmographus pinxisset, in his aliquid nouari attemptauimus, non me fugit, Beatissime Pater, fore ut hic noster labor in multorum reprehensionem incurreret. Omnes enim, qui hanc nostram picturam, quae his tabulis continetur, viderint, geometricae praesertim rationis ignari, ab ea, quam Ptolemaeus edidit, paululum abhorrentem, certe nos vel imperitiae vel temeritatis arguent. Nam plane nos aut ignorasse quid egerimus, aut temere ausos esse tantum opus contaminare, affirmabant; cum aliqua ex parte illud immutatum cernent. Non enim sibi persuadere poterunt, nec fas esse existimabunt, ut

tantum virum, quantus is certe fuit, si quis alius pingendi orbis terrarum melior exstitisset, is eum fugisset; cum is solus fuerit, qui tamen inter multos, qui ante se claruerunt excellentes cosmographos modum videret, quo situm terrarum omnium in tabulis primus pingeret. At si qui erunt, qui non omnino geometriae siue cosmographiae expertes sint, quique ipsum Ptolemaeum saepius legerint, ac picturam deinde nostram placata mente contemplauerit (!), hi certe nos aliqua laude dignos, non reprehensione, ut illi, putabunt. Prospicient enim, nos opus ita difficile et arduum suscepisse, ac sic egregie ad exitum perduxisse, ut illud mirari cogantur; praesertim cum nulla in re nos a Ptolemaei intentione, licet a pictura paulum deuiasse, comperient. Quod ut iam ita esse plane perspicere possis B. P. quaeso, quid illi dicant, et quid nos fecerimus, parumper attende. Ptolemaeus quidem, quod facile ex eius intellexerim scriptis, duplicem pingendi orbis terrarum rationem esse tradit. Vnam enim esse asserit, cum pro circulis, (ut eius verbis utar) rectas lineas facimus particularibus in tabulis meridianos ipsos non inclinatos et flexos, sed inuicem aeque distantes adnotamus. Alteram vero esse testatur, cum eius formam ubique flexis et inclinatis lineis, ut ipsius terrae situs ratio exigit, et non rectis exprimimus. Harum porro rationum, etsi posteriorem magis approbat, utpote artificiosiorem et subtiliorem, superiorem tamen in pictura secutus est; si eius est, quae in antiquis exemplaribus cirumfertur pictura; non procul a veritate esse affirmans, si quis in pingendo orbe pro circulis ut modo diximus, rectas lineas fecerit. Nos autem B. P. cum per otium eius scripta legeremus, quia a professione nostra non abhorrebant, et in eum locum, qui est in primo eius libro circa finem incidissemus, ubi percipit magis esse tenendum in pictura quod sit equius ac seriosius quam quod sit facilius debiliusque, repetente hac lectione admoniti, cogitare cepimus, quemadmodum nos aliquid gloriae compararemus. Rati enim nobis oblatam esse occasionem, uti aliquod industriae nostrae monimentum exstaret, statim picturam orbis propera ratione aggressi sumus, quae apud illum approbatior videretur. Nam et pro circulis inclinatas lineas non aeque distantes sigillatim omnes, ut ipse fieri monet opportere, ubi opus fuit fecimus; et locorum situs inter parallelos incidentes ex utrorumque rationibus coniectavimus, et quo facilius ratio distantiae cuiuslibet loci, quae per lineas aeque distantes discerni non satis plane poterat, certior exstaret, milliarium continentiam cuiuslibet gradus longitudinis quibusdam parallelis singularum tabularum adscribere non recusavimus. Quid dicam, quod cum in antiquorum exemplarium, tam graecorum quam latinorum pictura discerni non possit, cuius formae et quantitatis quaelibet insularum sit, quae proprias descriptiones non habent, et quot aut qui in quacunque regione vel provincia populi vel gentes, oppida, urbes, flumina, portus, lacus et montes continerentur; et sub quo caelo posita, aut in quam partem vergant, nos quaedam certa ex illis, non tamen omnia, sed cuncta, quae a Ptolemaeo ipso, etiam in scriptis suis annotata sunt, ita distinximus, ac lineis quibusdam punctim signatis vallavimus, ipsas etiam insulas minores ad propriam formam praeter Ptolemaeum redegimus, ut quivis etiam imperitus facile discernere valeat. Atque etiam ipsam formam picturae, quae certe apud alios vastissima erat, et communem librorum excedebat rationem, ad eum modum redegimus, servatis diligentissime omnium locorum dimensionibus, qui cunctis sit posthac illum intueri volentibus gratior futurus. Reliqua vero illius tanti viri, ut prius erant intacta reliquimus." Denique se Hispaniae, Italiae recentioris ac Europae septentrionalis, Ptolemaeo incognitae, nouas quoque tabulas subiunxisse. — Ex hac itaque praefatione clarum erit: 1. Nicolaum Donis, cum mappas suas conficeret, illas Ptolemaei quidem pro fundo posuisse, nec temere ab iis recedere voluisse; plura tamen in iis immutasse. 2. Cum scilicet in mappis Ptolemaei meridiani lineae essent non modo rectae, sed quoque parallelae, eum lineas hasce versus polum paulo inclinasse, diminutionis graduum longitudinis ratione habita, eorumque mensuras milliarium numero adiecto indicasse; ut formae terrarum propius ad veritatem accederent. 3. Eum insularum figuras, in mappis Ptolemaei passim; non satis expressas, pro viribus correxisse. 4. Denique eum tabulas codicum, cum solitam formam magnitudine excederent, ad paulo minorem formam redegisse. — Quae cum ita sint, iam in aprico est, quatenus Nicolai Donis mappae illas Ptolemaei exhibeant. Simul autem certum est, tabulas in editis duplicis esse originis, cum illae editionis 1478 quae in editione Romana 1490 repetitae sunt, ante illas Nicolai Donis confectae sint. Falsa itaque est opinio, quae hactenus obtinuit, omnes tabulas in editis Ptolemaei ante Gerhardum Mercatorem ex illis Nicolai Donis fluxisse. Quod ad illas Mercatoris, eius editioni 1578 additas

attinet, constat eas non ex codicibus, sed ex recentioris aevi traditis esse emendatas; quare plura de iis addere non huius loci foret." In exemplari Vratislaviensi commemorato in fine subscriptionis scripsit aliquis: ROMAE, ex qua notitia alii (v. *Kranzii* Memorabil. bibl. Elisabeth. Wratislav. p. 74. *Audiffredi* Catalog. editionum Roman. p. 252. sed conf. *Panzeri* Annal. typogr. Vol. II. p. 480. no. 337) editionem Romanam fecerunt, quem errorem autem *Panzer* l. c. recte detexit. Itaque quod *Ebertus* dicit, nihil est nisi *Panzeri* sententia, de cuius veritate non dubitandum est. Exx. sunt in bibl. reg. Dresd. et Gotting.

1486, f. *F. 1 a vacat; f. 1 b legitur notitia de indicis usu, quae incipit sic*: Nota ad inueniendum igitur regiones pro-||uincias: maria: flumina: montes: & ciuitates || necnō insularū sitꝰ vbi incipiūt vbiue finiūt || Do primo exemplum in quo libro in quot-||to capitulo: & in qua tabula sit posita mater || nostra videlicet Ierusalem Intrabo: igitur || *etc. F. 2 a* (*sign.* A 2) *col.* 1 *incipit*: REGISTRVM ALPHABETICVM || SVPER OCTO LIBROS PTOLO-||MEI INCIPIT FELICITER. *F.* 42 *b col.* 2: Finis est. *F.* 43 *a col.* 1 (*sign.* a 1) *dedicationis inscriptio legitur*: BEATISSIMO PATRI PAVLO SE||CVNDO PONTIFICI MAXIMO. || DONIS NICOLAVS GERMANVS. *Infra est tabella coloribus picta, in qua conspicitur Pontifex in solio sedens, et monachus, qui ante eum flexis genibus jacet eique librum tradit. Haec tabella littera est* N. *Dedicatio finitur f.* 44 *a* (*sign.* a 2): Supplicem ama. *Continuo incipit*: CLAVDII PTHOLOMEI COSMO||GRAPHI LIBER PRIMVS HEC HA||BET. *etc. F.* 136 *b col.* 2: CLAVDII PTOLOMEI VIRI AL||LEXANDRINI COSMOGRAPHIE || OCTAVVS ET VLTIMVS LIBER || EXPLICIT. — || OPVS DOMINI NICOLAI GER||MANI SECVNDVM PTOLOMEI||VM FINIT :· || HINC SEQVVNTVR TABVLE. *Tabulae geographicae sunt XXXII (in ex. bibl. acad. Lips. sunt tantum XXXI). In cuiusque singulae pagina prima explicationes exhibentur. Singulari sign. ordine sequuntur deinde, et f.* 1 *b*: Incipit Registrum super Tractatum de-||tribus orbis ꝑtibus. ac varijs naturis ho-||minum: portentorum Transformatorum. || Necnon de diuersis fluminibus aquarum. || Insularum & montium. *F.* 2 *a* (*sign.* a 2) *incipit*: DE LOCIS AC MIRABILIBVS || MVNDI. ET PRIMO DE TRI||BVS ORBIS PARTIBVS. *F.* 24 *a col.* 2: IMPRESSVM VLME OPERA ET || EXPENSIS IVSTI DE ALBANO || DE VENETIIS PER PROVISOREM || SVVM IOHANNEM REGER. AN||NO, DOMINI. M.CCCC.LXXXVI. || XII. KALENDAS. AVGVSTI. — Char. rom. Tabulae geographicae etiam separatim ligatae occurrunt, ut in ex., quod in bibl. acad. Lips. adservatur. *Bernhart* in *Aretini* Beyträge Vol. V. p. 534 ad huius editionis notitiam adnotat haec: „Die churfürstliche Central-Staatsbibliothek hat von dieser Ausgabe 3 Exemplare; bei einem derselben mangelt der Anfangsbuchstabe in dem Text, welcher der zweiten Karte von Europa beigefügt ist: in den andern 2 Exemplaren ist er in Holz geschnitten. *Heerenius* l. c. p. 64 monuit, editionem a. 1482 ab altera, quae quatuor annis post 1486 in eadem urbe prodiit, ... parum aut nihil differre. Ego quidem hanc rem dijudicare nequeo, cum utriusque editionis exemplaria in manibus habere non possim.

1490, f. *F.* 1 *vacat. F.* 2 *a*: REGISTRVM ALPHABETICVM SVPER OCTO LIBROS PTOLOMEI INCIPIT FELICITER, *qui implet* 34 *ff.* (*cum sign.* A — E). *Sequitur* 1 *vac. f., deinde Claudii Ptolemaei Geographia, quae* 62 *ff., quorum primum et ultimum vacat,* (*cum sign.* a — h) *implet. Adnexae sunt XXVII Tabulae geographicae, prorsus eaedem, quae editio anni* 1478 *habet. Agmen claudunt* 21 *ff.*: Tractatus de locis et mirabilibus mundi. *In fine*: HOC OPVS PTHOLOMEI MEMORABILE QVIDEM ET INSIGNE EXACTISSIMA DILIGENTIA CASTIGATVM IVCONDO QVODAM CARACTERE IMPRESSVM FVIT ET COMPLETVM ROME ANNO A NATIVITATE DOMINI M.CCCC.LXXXX. DIE IV. NOVEMBRIS ARTĒ AC IMPENSIS PETRI DE TVRRE. — Char. rom., cum *sign.*, sine *cust.* et pagg. *num.*

1507, f. mai. JN HOC OPERAE (?) || HAEC CONTINE||TVR (?) || GEOGRAPHIA CL. PTHOLEMAEI A plurimis uiris utriusq; linguae doctiss. || emendata: & cum Archetypo graeco ab ipsis collata. — || SChemata cum demonstrationibus suis correcta a Marco monacho Caelestino Beneuen-||tano: & Ioanne Cota Veronensi uiris Mathematicis consultissimis. — || FIgura de proiectione

Sphaerae in plano quae in libro octauo desiderabantur ab ipsis ne-||dum instaurata sed fere adinuenta: eius. n. uestigia in nullo etiā graeco codice extabant. — || SEx tabulae nouiter cōfectae v3 Hispaniae: Galliae: Liuoniae: Germāiae: Poloniae: Vngariae: || Russiae: & Lituaniae: Italiae: & Iudeae: — || MAxima quantitas dierum ciuitatum: & distantiae locorum ab Alexandria Aegypti || cuiusq; ciuitatis quae in aliis codicibus non erant. — || PLanifphaerium CL. Ptholemaei nouiter recognitum & diligentiss. emendatum a Marco || monacho Caelestino Beneuentano. — || CAVTVM EST EDICTO IVLII. II. PONT. MAX. || NE QVIS IMPRIMERE AVT IMPRIMI || FACERE AVDEAT HOC IPSVM OPVS || PENA EXCOMMVNICATIONIS LATAE SENTENTIAE || HIS QVI CONTRA MANDATVM IVSSVMQVE || CONARI AVDEBVNT. *Haec f.* 1 *a*. *F.* 100 *a col.* 2: CLAVDII PTOLEMAEI VIRI ALE-||XANDRINI GEOGRAPHIAE OCTA||VVS ET VLTIMVS LIBER EXPLICIT. *F.* 107 *a*: Explicit Planifphaerium Ptholemaei recognitum diligentissime || a Marco Beneuentano Monacho Caeleftinorum quod antea in || multis etiā antiquis exemplaribus latinis corruptiffimum repe- || riebantur. Nec nō Claudii Ptholemaei a plurimis uiris utriusq; || linguae doctiss. emendatū cum multis additionibus Romę (?) No-||uiter impreffum per Bernardinū Venetū de Vitalibus. Expēsis || Euāgelista Tosino Brixiano Bibliopola (?). Im‸pante Iulio. II. Pont. || Max. Anno. III. Pōtificatus fui. Die. VIII. Septēbr. M. D. VII. *F.* 108 *vacat.* —— Plurium exemplarium volumina evolvi, atque in omnibus inveni 107 *ff.* cum *sign.* et 1 vac. *f.* *Ebertus* autem no. 18224 indicat tantum 106 *ff.* et 1 vac. *f.*, si non error typographorum est. XXXIII tabulae geographicae sequuntur, et 20 *ff.* (cum *sign.* Aa — Cc), quorum primum inscriptum est: „Incipit Registrum super Tractatum de tribus orbis partibus. || Ac uariis naturis hominum: portentoꝝ Tranfformatoꝝ: Nec || nō de diuersis fluminibus aquarum Insularum & montium.“ Hoc registrum *f.* 1 *a* (*sign.* Aa) duabus columnis impressum implet. *F.* 1 *b incipit:* DE LOCIS AC MIRABILIBVS MVN-||DI. ET PRIMO DE TRIBVS ORBIS || PARTIBVS. Alia exemplaria habent mutatam frontem, ita ut prima littera *J* ornamentum sit xylographicum magnum, et titulus ipse: (I)N HOC OPERE (*l*) || HAEC CONTI||NENTVR || Geographiae Cl. Ptolemaei a plurimis uiris utriufq; linguae doctiff. || emēdata: & cū archetypo graeco ab ipfis collata. — || SChemata cū demonstrationibus fuis correcta a Marco Beneuentano || Monacho caelestino, & Ioanne Cotta Veronensi uiris Mathematicis consultiffimis. — || FIgura de proiectione fphęrae in plano quae in libro octauo defidera||batur ab ipfis nōdum inftaurata fed fere ad inuenta eius. n. uestigia || in nullo etiam graeco codice extabant. — || MAxima quantitas dieꝝ ciuitatū: & distantiae locoꝝ ab Alexādria|| Aegypti cuiufq; ciuitatis: quae in alijs codicibus nō erant. — || PLanifphaerium Cl. Ptolemęi nouiter recognitū & diligentiss. emen-||datum a Marco Beneuentano Monacho cęlestino. — || NOua orbis defcriptio ac noua Oceani nauigatio qua Lifbona ad || Indicū peruenitur pelagus Marco Beneuentano monacho caele-||stino aedita. — || NOua & uniuerfalior Orbis cogniti tabula Ioā. Ruysch Germano || elaborata. — || SEx Tabulaę nouiteŗ confectae uidelicet Liuoniae: Hyfpaniae: Galliae: || Germaniae: Italiae: & Iudęae. — || CAVTVM *etc. ut supra* AVDEBVNT. || ANNO VIRGINEI PARTVS || MDVIII. Rome. *F.* 1 *b* legitur eadem epistola, quae est in superioris tituli folio, et inscr.: „R^mo^ IN CHRISTO PATRI ET DOMINO. D. ROB. TITVLI. S. ANASTASIAE PRAE||SBITERO CARDINALI NANNATENSI. DOMINO SVO PRAECIPVO. || EVANGELISTA TOSINVS. RO. BIBLIOBOLA. S. P. D.“ Totum discrimen constat in nonnullis abbreviatis syllabis. In exemplaribus, quae hunc novum titulum habent, extant XXXIV tabulae geographicae, eaque, quae in titulo indicatur, plus quam in ceteris exemplaribus. Bibl. sen. et acad. Lips. De tabularum geographicarum numero errat *Ebertus*, cum hoc discrimen non animadvertērit, quod iam ex titulo apparet. Ceterum in omnibus rebus exemplaria consentiunt.

1511, f. Claudii Ptolemaei Alexandrini libri Geographiae cum tabulis et universali figura et cum additione locorum, quae a recentioribus reperta sunt, diligenti cura emendatus et impressus. *In fine:* Venetiis per Iacobum Pentium de leucho Anno de domini M. D. XI. Die XX. Mensis Martii. —— 62 *ff.* cum *sign.* A — I, et cum XXX tabulis geographicis, aeri incisis. Haec editio ornata est annotationibus Benj. Sylvani Eboliensis.

1513, f. CLAUDII PTOLEMEI UIRI ALEXANDRINI || Mathematicę disciplinę Philosophi || doctissimi || Geo-

graphię opus nouissima traductione e Gręcorum archetypis castigatissime pressum: cęteris ante lucubratorum multo pręstantius. — Pro Prima Parte continens CL. Ptolemęi Geographiam per octo libros partitam, ad antiquitatē suam, ītegre & sine ulla corruptione. — Vna cum collatione dictionum grętarum e regione ad latinas certissima graduum calculatione. — Registrationem item nouam regionum, praefecturarum, ciuitatum, fluminum, marium, lacuum, portuum, siluarum, oppidorum, villarum ac gentium, ad ordinem chartarum & columnarum singula certissimo monstrans indice. — Quā breuis & doctissima Gregorij Lilij subsequitur instructio de Gręcorum numerali supputatione, in traductione gręca res scitu aurea. — Tabularum dein Auctoris vigintiseptem ordo hic est Generale orbis iuxta descriptionē Ptolemęi Vna. — Europę tabulę Decem. — Aphricę tabulę Quattuor. — Asię tabulę Duodecim. — Est & una corporis Spherici in plano iuxta finē. 7. li. — Pars Secunda moderniorum lustrationum Viginti tabulis, veluti supplementum quoddam antiquitatis obsoletę, suo loco quę vel abstrusa, vel erronea videbantur resolutissime pandit. — Adnexo ad finem tractatu sicuti lectu iucundissimo, ita & utilissimo de varijs moribus & ritibus gentium: eorundem; ac localium nominū originibus. — Breuis continentia Libri. — Oppida, regna, lacus, montes, & ęquora, siluas, Ac hominum mores hic Ptolemęus habet. — Cum gratia & priuilegio Imperiali per 4 annos. *Haec f.* 1 *a leguntur. Epistola, quae f.* 1 *b legitur, est inscripta:* Ioannes Franciscus Picus Mirandulę Dominus, Concordięque Comes: Iacobo ęszler I V Doctori, & complicibus S. D., *et signata:* Noui quarto Calendas Septemb. Anno a partu virginis MDVIII. *Altera autem epistola, quae legitur f.* 2 *a, inscripta est:* Inuictissimo Romani Imperij semper Augusto, Cęsari Maximiliano Iacobus ęszler, & Georgius übelin curiarum ecclesiasticarū Argentiū. causarum patroni subiectionem debitam profitentur, signata est: Datū Argentinę sub Annū Dūi MDXIII. Marcij. XV. *F.* 3 *a* (*sign.* B. *pag.* 5) *Ptolemaei geographia incipit. F.* 6 *a:* CLAVDII PTOLEMAEI viri Alexandrini Geographię libri octo finiūt. *Sequuntur* 14 *ff.* Registrum, *in cuius fine f.* 14 *b:* ANNO CHRISTI OPT. MAX. MDXIII. MARCII XII. Pressus hic Ptolemęus Argentinę vigilantissima castigatione, industriaq; Ioannis Schotti urbis indigenę. — REGNANTE MAXIMILIANO CAESARE SEMPER AVGVSTO. — *Tabulae geographicae sunt inscriptae:* IN CLAVDII PTOLEMEI SUPPLEMENTUM moderníor lustratio terrę marisq; singula positiōibus certissimis regulatius traderis ad sęculi nostri peragratiōes. Pars secunda. Pręmissus Canon breuis a tergo Chartę Lectorem resolutissime ab errorum ambagibus absoluit. Post tabulę numero Viginti sequentes sese ordine suo sic locantur. 1 Hydrographia, siue Charta marina: continens typum Orbis uniuersalem iuxta Hydrographorum traditionem. — Decem particulares tabulę Europę. — 2 Oceani occidentalis, seu Terrę nouę. — 3 Ibernię, Anglię, & Scotię. — 4 Ispanię. — 5 Gallię. — 6 Germanię. — 7 Hungarię, Polonię, Russię, Prussię, & Vualachię. — 8 Norbegię, & Gotthię. — 9 Italię, Sicilię & Sardinię. — 10 Italię & Sicilię altera. — 11 Bosnię, Seruię, Grecię & Sclauonię. — Duę particulares tabulę Aphricę, ex Chartis Portugalensium sumptę. — 18 Asię minoris prima, siue maior Turcia. — 15 Terrę sanctę, siuę Iudeę Palestinę &c̄. — 16 Indici maris accolas hęc habet. — Quattuor deinde Chorographię, particulariores & magis extensę prędictis tabulę. — 17 Chorographia eremi Eluetiorum. — 18 Chorographia prouincię Rheni. — 19 Chorographia Lotharingię. — Tractatus de varijs moribus & ritibus gentium, nominumq; localium & gentium declarationibus per. 61. capita distributus finem operi ponit: lectu dignissimus, administratione plenus, utilitatis simul ac oblectationis pręcipuę. *Eodem f. b legitur Notitia ad lectorem. In inferiore ultimae tabulae ora typis expressum est:* Secundę partis Ptolemaei finis: opera Ioannis Schotti Argentineū. ANNO CHRISTI OPT. MAX. 1513. (*In aliis exx. a. est a.* 1512, *quem Bernhart vidit in ex. quodam bibl. Monac. v. Aretini Beyträge Vol. V. p.* 535). *Sequuntur* 15 *ff.*: LOCORVM AC MIRABILIVM MVNDI DESCRIPTIO. —— 60 num. et 14 non num. *ff.*, 46 tabulae geographicae ligno in-

cisae, et 15 *ff.* Versio latina est Iacobi Angeli, sed ad codicem mstum graecum emendata. Bibl. sen. Lips.

1514, f. In hoc opere haec cōtinentur || Noua translatio primi libri geographiae Cl. Ptolomaei: quae quidem translatio verbum: habet e verbo fideliter expressum: Ioanne Vernero Nurenbergeñ interprete. — In eundem primum librum geographiae Cl. Ptholomaei: argumēta. paraphrases, quibus idem liber per sententias: ac summatim explicatur: & annotationes eiusdem Ioannis Verneri. — Libellus de quatuor terrarum orbis in plano figurationibus ab eodem Ioanne Vernero nouissime compertis & enarratis. — Ex fine septimi libri eiusdem geographiae Cl. Ptolomaei super plana terrarum orbis descriptione a priscis instituta geographis. Locus quidā. noua trāslatione. paraphrasi: & annotationibus explicatus: quem recentium geographorum: vt ipsorum id pace dicam, nemo hucusq; sane ac medullitus intellexit. — De his quae geographiae debent adesse: Georgii Amirucii Constantinopolitani opusculum. — In idem Georgii Amirucii opusculum Ioannis Verneri Appendices. — Ioannis de Regiomonte epistola ad Reuerendissimū patrē & dominū Bessarionem Cardinalem Nicenum ac Constantinopolitanū patriarcham de compositione & vsu cuiusdā meteoroscopii. — Caesarea cautum est sanctione: ne quisquam hoc opus infra sexaginta annos: praeter manifestum opificis consensum imprimat aut distrahat sub graui mulcta: in Imperialibus his litteris expressa. *In fine f. ult. a:* Explicit geographicus hic liber: per ipsius compositorem: atq; per Conradem Heinfogel artium & philosophiae magistrum: diuiq: Maximiliani Imperatoris Capellanum. Et haud mediocrem mathematicū fideliter emendatus recognitusq;. Necnon a Ioanne Stuchs Nurenbergae impressus. Anno domini nostri Iesu christi. Millesimo quingentesimo decimo quarto pridie nonas Nouembris phebe ad Iouis contubernium defluente. —— 68 non num. *ff.* Bibl. sen. Lips.

1520, f. Ptolemaeus auctus restitutus emaculatus, cum tabulis veteribus et novis (*opera Georgii Ubelii*). *In fine libri octavi:* Ioannes Scotus Argentorati literis excepit MDXX. —— Haec editio habet XLVII tabulas geographicas, ligno incisas. *Bernhartus* in *Aretini* Beyträge Vol. V. p. 535 adnotavit, in bibl. Monac. esse duo exemplaria, quorum unum habet titulum rubro impressum, alterum autem nigro impressum.

1522, f. CLAVDII PTOLEMAEI Cosmographia latine. — Typis et impensis propriis Ioannis Grieningeri cum neotoricorum perlustrationibus. Adornavit hanc editionem Laurentius Phrisius, Artis Apollineae Doctor et Mathematicarum artium Clientulus: in lucem iussit prodire Io. Grieninger — qui opus insigne aereis notulis excepit, laudabilique fine perfecit XII. die Marcii Anno MDXXII. —— *Panzer* in Annal. typogr. Vol. VI. p. 98. no. 611 dicit: „cum tabulis XXVII antiquioribus et XX recentioribus." *Ebertus* no. 18229 indicat 49 tabulas geographicas. Deinde adnotat *ib.* haec: „Extat in hac editione perrara ad tertiam Africae mappam iam famosus iste de Palaestina locus, qui Serveto postea tanquam atrox crimen imputabatur. Cf. *Moshemii* Vers. einer Ketzergeschichte p. 260 sqq." Antea iam *Goetzius* in libro suo: Merkwürdigkeiten der Dresdner Bibl. Vol. I. p. 316 sq. hanc editionem accurate, inprimis ad illum locum spectans, describit.

1525, f. Clavdii Ptolemaei Geographicae enarrationis Libri octo Bilibaldo Pirckeymero interprete. Annotationes Ioannis de Regio Monte in errores commissos a Iac. Angelo in translatione sua. Argentoragi (?) Iohannes Grieningerus communibus Iohannis Koberger impensis excudebat Anno a Christi Nativitate. M.DXXV. Tertio Kal' Apriles. —— 82 num. et 14 non num. *ff.* cum 50 tabulis geographicis, ligno incisis. In bibl. Dresd. reg. nunc adservatur huius editionis exemplar, cuius oris vetus manus additamenta adscripsit, quae sunt eadem, ac in Serveti editione postea apparent. Ceterum adnotandum est, quod etiam in hac editione ille famosus locus legitur, quod refert *Kneschke* in libro suo: Geschichte und Merkwürdigkeiten der Rathsbibliothek in Zittau. (Zittau 1811, 8) p. 50 sq.

1535, f. mai. CLAUDII PTOLEMAEI *Alexandrini* Geographicae Enarrationis Libri octo. Ex Bilibaldi Pirckheymeri tralatione, sed ad Graeca & prisca exemplaria a Michaële Villanovano iam primum recogniti. Adiecta insuper ab eodem scholia, quibus exoleta urbium nomina ad nostri seculi morem exponuntur. Quinquaginta illae quoque cum veterum tum recentium tabulae adnectuntur, variisque incolentium ritus et mo-

Matth. *Tremling*: De genio Socratis. Lund. 1793, 4.

F. Mich. *Vierthaler*: Geist der Sokratik. Ein Versuch, den Freunden des Sokrates und der Sokratik geweiht. Salzburg 1793, 8.

Andr. *Winbom*: Dissertatio de Socrate. Upsal. 1734, 8.

I. I. *Zimmermanni* Apologia Socratis contra calumnias Aristophanis, in qua simul praeter alia adversus Maximum Tyrium, et Io. Clericum ostenditur, male egisse praestantissimum virum, quod caussam suam coram iudice non peroraerit. —— In Museo Helvetico. T. VI. P. XXIIII.

SOLON.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 544 sqq.; *ed. n.* T. II p. 23 sqq.

I. *Fragmenta.*

1512, — 1553, 4. — 1561, — 1562, — 1564, — 1569, — 1577, — 1591, — 1591, — 1596, — 1597, — 1600, — 1603, — 1612, — 1613, — 1651, — 1659, — 1668, — 1692, — 1746, — 1776, — 1784, 8. — 1815, — 1817, 12. — 1817, 8. — 1823, 32. —— V. Poetae. I. Bb) gnomici poetae.

1635, — 1652 sqq., 8. —— V. Poetae. I. Aa).

1762, — 1772, 8. —— V. ib.

1772, 8. Solonis carmina, cum notis. —— In *Brunckii* Analectis graecis. T. I. p. 64 sqq. T. III. p. 236.

1789, 8. Wie Zeus die Welt richtet. Ein Fragment des Atheniensischen Gesetzgebers, griechisch und deutsch, mit Anmerkungen von Leppentin. Hamburg. —— Tria Solonis fragmenta exhibentur; sed versio prosaica nihil momenti est. Conf. ephem. litt. univ. 1789. no. 352. p. 380 sqq.

1794, 8. Solonis epigrammata. —— In *Iacobsii* Anthologia graeca. T. I.

1814, — 1823, 8. —— V. Poetae. I. Aa).

1824, 8. Solonis scolion, graece cum notis edidit G. B. —— V. Classical Journal. no. XLVIII. p. 376 sq. Solonis fragmentum, quatuor distichis constans, etiam legitur in Nicetae historia. ed. Paris. p. 176.

1825, 8. Solonis Atheniensis Carminum quae supersunt. Praemissa commentatione de Solone poeta. Disposuit, emendavit atque annotationibus instruxit Nic. Bachius. Bonnae, impensis Weberi; Lugd. Bat., ap. Luchtmans. MDCCCXXV. —— VI, 116 pp. 16 *Gr.* Conf. de hac collectione, quae est primum auctoris litterarium eruditionis specimen, *Geelium* in Bibl. crit. nova Vol. I. p. 274 sqq. *Weberum* in ephem. litter. scholast. univ. Sect. II. 1825. no. 47. et *Iahnii* Annal. Ann. II. Vol. I. p. 67 sqq. Editoris epimetrum ad Solonem poetam v. in eiusdem collectione Mimnermi fragmentorum p. 55—64. Alia additamenta, inprimis quidem distichum novum ex Maii collectione nova veterum scriptorum T. II. p. 21, proposuit editor ipse in *Iahnii* Novis Annal. Vol. XIII. fasc. I. p. 97 sqq.

II. *Versiones.*

A. latinae.

1575, 4. —— V. Poetae. II. A. Gnomici.

1711, 4. Solonis legum et elegiarum fragmenta, latine, interprete Hugone Grotio. —— V. *Thomae Stanleii* Historiam philosoph., latine versam. (Lips.) p. 28—61.

B. germanicae.

1782, 8. Vier poetische Fragmente des Solon metrisch übersetzt von Christian Graf zu Stollberg. —— V. eius Gedichte aus dem Griechischen p. 290 sqq.

1789, 8. Ueber die ältesten Lehrdichter der Griechen, nebst der metrischen Uebersetzung eines Solonischen Fragments, von I. Dav. Hartmann. Lemgo, 1794, 8.

1803, 8. Drei Fragmente des Solon übersetzt von F. Jacobs. —— V. eius: Tempe (Leipz.) Vol. II. p. 95 sqq.

1805, 8. Solons Gebet an die Musen, übersetzt von C. Ph. Conz. —— V. *Hauffii* Zeitschrift für Philologie. P. I. p. 157 sqq.

1808, 8. Zwei Fragmente Solons, übersetzt von A. W. Schlegel. —— V.: Europa. Vol. I. P. II. p. 119 sq.

1808, 8. Fünf Fragmente Solon's, übersetzt von Conr. Schneider. —— V. *Daubii* et *Creuzeri* Studien. Vol. IV. P. I. p. 70 sqq.

1810, 8. Drei Fragmente von Solons Elegien, übersetzt von Fr. Passow. —— V. *Büschingii* et *Kannegiesseri* Pantheon. Vol. II. p. 97 sq.

1822, — 1826, 8. Solons Fragmente übersetzt von G. Ch. Braun. —— V. eius librum: Die Weisen von Hellas. (V. Poetae. II. B.) p. 33 sqq.

C. anglicae.

1768, 8. A Fragment of Solon, preserved in the Oration of Demosthenes de falsa legatione, translated into English verse. —— V. Universal Magazine of Knowledge and Pleasure, m. Nov. p. 263.

III. *Illustrantia Solonem scripta.*

( ) Dissertatio de Solone eiusque legibus. —— In Promtuario Hannoverano a. 1774. P. IX—XII. p. 129—186.

Cornelius Alard *Abbing*: Specimen literarium de Solonis laudibus poeticis. Traj. ad Rh. 1825, 8. —— XII, 105 pp. Conf. *Geelii* notitiam de hoc libro in Bibl. crit. nova. Vol. I. p. 275 sqq. et *Iahnii* Annal. 1827. Vol. I. p. 67—75.

Paulus Chph. Glo. *Andreae*: De Solonis legum erga debitores lenitate commentatio scripsit. Vitebergae, ex officina Seibtii 1812, 4. —— 24 pp. Conf. *Beckii* Acta soc. philol. Lips. T. II. p. 470—473.

Thd. *Bergk*: De carmine Solonis ad Mimnermum. —— In ephem. inscr. Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft. a. 1834. no. 53. p. 426—429.

John *Jackson*: Concerning the age of Solon. —— V. eius: Chronological Antiquities. (London, 1752, 4) Vol. II. p. 240 sqq.

O. F. *Kleine*: Quaestiones quaedam de Solonis vita et fragmentis. Crefeld. 1832, 4.

L. Malquytius: De philosophia ac legibus Solonis. —— V. eius Librum II. Ver. ICtorum Philos. cap. 25—29.

Ch. *Meiners*: Ueber Solons Gesetze. —— V. eius: Geschichte des Verfalls der Wissenschaften bei den Griechen u. Römern. Vol. II. p. 19 sqq.

I. F. *Mentzii* Cogitationes in Gellii Lib. II. c. 12. de Solonis Legibus, et una speciatim. Lips. 1701, 4.

I. *Meursii* Solon seu de ejus vita, legibus, dictis atque scriptis liber singularis. Hafniae 1632, 4. —— Rep. auctius in *Gronovii* Thesauro Antiquitatum graec. T. V., et in *Meursii* Opp. ex rec. I. Lamii, T. II. p. 229—364.

— —: Themis Attica sive libri duo de legibus Atticis [*post auctoris mortem lucem viderunt publicam*]. Traj. ad Rh. 1685, 4. —— Rep. in *Iac. Gronovii* Thesauro Antiquitatum graecarum, T. V.

August. *Milagii* Oratio de lege Solonis, qua ignominia notarat eos, qui in seditione alterutrius partis non fuissent. Helmstad. 1655, 4.

de Pauw: De Solonis legibus. —— V. eius: Recherches philosophiques sur les Grecs (Berlin 1787 sq., 8. *II Voll.*) T. I. p. 69 sqq. 193 sq. 372 sqq. T. II. p. 13 sqq.

Pardulphi *Prateii* Iurisprudentia vetus, sive Draconis et Solonis, nec non Romuli, Romanorum regis, ac XII Tabularum Leges collectae. Lugd. 1559, 8. —— Rep. in *Ever. Ottonis* Thesauro Iur. Rom. Tom. IV. p. 381—480. In calce eiusdem Iurisprudentiae mediae Libri IV. Catapodismῶn librorum II, et: *Αἰχαιολογίας* libri singularis ib. editi a. 1561, 8., rep. in *Ottonis* Thesauro Iur. Rom. Tom. III. reperiuntur Solonis leges duodecim, in priore collectione praetermissae.

Gf. *Schmidii* Dissertatio de Solone legislatore. Lips. 1688, 4.

I. Thd. *Voemel*: Exercitatio Chronologica de aetate Solonis et Croesi. Francof. ad M. 1832, 4. —— Est maximi aestimanda disquisitio.

F. A. *Wolfius*: Solonis fragmentum emendatum, documento, quam caute inania sensuque carentia textis eiicienda sint. —— *V.* eius: Litterarische Analekten. Vol. II. p. 96 sqq.

SOPHOCLES.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 619 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 193 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Omnes fabulae.*

1502, 8. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΕΠΤΑ ΜΕΤΕΞΗΓΗΣΕΩΝ.* SOPHOCLIS TRAGAEDIAE SEPTEM CVM COMMENTARIIS. *Τα των τραγῳδιων ὀνοματα. Tragoediarum nomina. αἰας μαςιγοφορος. Aiax flagellifer. ἠλεκτρα. Electra. οἰδιπȣς τυραννος. Oedipus tyrannus. ἀντιγονη. Antigone. οἰδιπȣς ἐπι κολωνῳ. Oedipus colonêus. τραχινιαι. Trachiniae. φιλοκτητης. Philoctetes. Haec leguntur f.* 1 *a. In fine f.* 195 *b*: *ΤΕΛΟΣ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ. Ε νετιησι παρ' Ἀλδῳ τῳ Ρωμαιῳ, οὐ μην γε ἀνευ προνομιȣ, Χιλιοςῳ Πεντακοσιοςῳ δευτερῳ, Μαιμακτηριωνος τεσσαρεσκαιδεκατῃ. — Α παντα ἐςι τετραδια, πλην τȣ δ θ μ ββ, ἁπερ ἐςι διαδια, και του τ και χ πενταδια. — Venetiis in Aldi Romani Academia mense Augusto.* M. DII. — *O mnes sunt quaterniones, praeter δ θ μ ββ, qui duerniones, et ι et χ quinterniones. — C autum et in hoc ut in caeteris ne quis in dominio Ill. S. V. temere hunc imprimat, uendatue librum.* F. 196 *b habet insigne typogr. Aldi, quod est anchora, circumdata a delphino.* —— 196 non num., et impressa et vacua *ff.* *F.* 1 *b* legitur haec epistola, qua etiam destituta nonnulla exx. occurrunt: „ALD. RO. IOANNI LASCARI VIRO PRAECLARO, AC DOCTISS. S. D. — SEDENTIB. nobis his brumae frigorib. in hemicyclo ad ignem cum Neacademicis nostris· fortéq; esset unà Marcus Musurus noster· post multa, uariáq; uicissim (ut solet) dicta inter nos in tui incidimus mentionem. Tum Marcus, ut est studiosiss. tui ac perq̄, gratus discipulus· (nam quantum bonis literis, morib. q; profecit (profecit autem plurimum) id omne tibi acceptum refert.) cum, longo sermone de te honorifice multa narrasset· te proximis Iulis, et Augusto mensib. et Mediolani, et Ticini uidisse addidit· deq; renascentib. graecis literis plurimum tibi secum fuisse sermonem· necnon, ob communem studiosorum omnium utilitatem, nostra hac prouincia gaudere te mirum in modum maximeq; laudare labores nostros. Quam obrem cum septem tragoedias Sophoclis nuper imprimendas parua forma curassem· eas sub tuo nomine nolui ex Neacademeia nostra prodire in publicum, tibiq; muneri mittere *εἰς μνημόσυνον* summi amoris erga te mei. *τὰ δὲ ἐις αὐτὰς εὑρισκόμενα σχόλια ὅπω μὲν ἐτυπώθη· τυπωθήσεται δὲ θεȣ͂ σώζοντος ὅσον ὀκ ἤδη· πρὸς δὲ, καὶ ὅσα ἐς ἀνάπτυξιν μέτρων ἥκει.* Atq; utinam id ante habuissem· q̄, ipsae tragoediae excusae forent nam, etsi res est q̄, laboriosiss. tamen singulos quosq; uersus in choris praesertim, siqui perperam digesti sunt· curassem in suum locum restituendos. Quod q.a non licuit· id sibi quisq; curato· si placuerit. Tu uero mi Lascaris, sis uelim meus· quando ego sum tuus. VALE.“ *F.* 2 *a* leguntur: *Ἐπιγράμματα εἰς Σοφοκλέα. Σιμωνίδου. Ερυκίȣ. Διοσκορίδȣ.* Commentarii nunquam ex Aldi officina prodierunt. Haec editio princeps, quae maximi aestimatur raroque occurrit, textum purum habet. *Brunckius* in sua praefatione, editioni a. 1786 praemissa, iudicat sic: „Primus edidit Aldus Manutius Romanus ex antiquis et probae notae codicibus. Praestantissima omnium haec editio est, quae majorem quam ceterae omnes auctoritatem habet, et plus quam quaevis alia fide digna est. Ex ea fere expressae sunt quaecumque dimidii seculi intervallo diversis in locis prodierunt. ... Puritatem lectionis ex Aldina petendam esse semper fassi sunt viri doctiores. ... Quapropter huic editioni Aldinam tamquam fundamentum substruxi: ad eam unice respexi, de reliquis nihil vel parum sollicitus.“ Bibl. sen. Lips.

1522, 4. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΕΠΤΑ μετα σχολιων παλαιων και πανυ ὠφελιμων.* (?) SOPHOCLIS TRAGOEDIAE SEPTEM. Cum interpretationibus uetustis & ualde utilibus. *Τα των τραγῳδιων ὀνοματα.* Tragoediarum nomina. *Αἰας μαςιγοφορος.* Aiax flagellifer. *Ηλεκτρα.* Electra. *Οἰδιπους τυραννος.* Oedipus tyrannus. *Αντιγονη.* Antigone. *Οἰδιπους ἐπι κολωνῳ.* Oedipus coloneus. *Τραχινιαι.* Trachiniae. *Φιλοκτητης.* Philoctetes. *In fine f.* 193 *b*: *ΤΕΛΟΣ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.* — Omnes sunt quaterni praeter * qui est duernio & &. qui est quinternio. — Florentiae per haeredes Philippi Iuntae: anno Domini M. D. XXII. sexto Kal'. Nouembris. *F. ult. b habet insigne Iuntinum typogr., quod est lilium, et tollunt duo pueri, atque inscri-*

ptum: F. NIL CANDIDIVS. —— 4 non num. *ff.* praefixa, 193 num. *ff.*, et 1 *f.* cum insigni typ. Praefatio, libro praemissa, legitur *f.* 2, et inscripta est: „ANTONIVS FRANCINVS VARCHIENSIS, IOANNI BAPTISTAE EGNATIO VENETO. S.", eodemque modo iisdemque verbis fere, quibus in editione principe, quasi ad eam alludere vellet editor, incipit sic: „Sedebamus superioribus diebus Egnati ornatissime, in cellula quadam nostra Mercurio Mineruaeq; dicata, tāquā in hemicyclio, ego multiq; alii uiri profecto eruditissimi, quoꝛ aeri iudicio, in castigandis tū graecis tū latinis authoribus, quos chalcographis nostris suppeditamus, frequenter utimur, simul cōferentes uetusta exēplaria & ea optima nouaq;. i. nup̄ excusa, quotquot habere potuimus, Sophoclis septē quae extant tragoediaꝛ, poetae quidem (quod non ignoras) qui primus apud graecos, tragoediam illustrauit, ut labore nostro nostraq; industria ad manus hominum q̄, optimae peruenirent, in quibus conferendis multa castigauimus, presertim iis tribus quae primae excudūt'. Operi ergo ultimam manum imposueram, cum statim assurgēs, tanq̄, e cellula discessurus coepi humanitatis studia, omnibus qui aderant laudare, laudabā autem in primis illos, qui graecaꝛ literaꝛ studia sectant', fuerunt nanq; graeci omnium doctrinarum authores, & licet multa sint a latinis latinitate donata, tū non possunt ea satis intelligi sine eaꝛ cognitione, habemus praeterea ab illis, ut in grāmaticis didicimus & quotidie re ipsa experimur multas uoces, quarum certam significationem, non facile quis intelligat. .... Discessimus e cellula omnes, reliquumq; disputationis in alium diē distulimus, ego uero haec ad te scripsi, Sophoclisq; tragoedias a nobis castigatas, una cum glossematis, quia id nobis aptius uisum est, q̄, separatim, quod alii ante nos fecerūt excudere, additis insuper q̄,plurimis ex uetustissimis excerptis codicibus, quae magno adiumento futura sunt hunc poetam intelligere uolentibus, nomini tuo dicauimus, tum ut ad me qd, de humanitatis studiis sentias rescribas, es nanq; iuris utriusq; peritus, humaniores istic literas felicissime & graece & latine profiteris, & medicinam es aliquando auspicatus, quod tua in Dioscoridem elegantissima utiliaq; adnotamenta testātur, tū ut hinc primum cognoscas, amicitiam nostram profundiores multo q̄, fortasse opinaris radices habere. Vale Venetiarum decus, longumq; nobis & caeteris amicis uiue." Frontis *folium* exemplaris, quod ex bibliotheca sen. Lips. apud me habeo, in infima ora non integrum est: qua re nescio, an tuli notitia a me proposita in omnibus partibus integra sit. Scholia in hac omnium fere rarissima editione textui, qui dicitur, ita adscripta sunt, ut oram folii cuiusque exteriorem impleant. Scholia auctiora quam in editione eorum romana a. 1518 exhibentur; sed non ab omnibus viris doctis laudantur. Bibl. sen. Lips.

1528, 8. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩδιαι ἑπτα.* SOPHOCLIS Tragoediae septem. *Graece.* Lutetiae Paris. apud Simonem Colinaeum MDXXVIII. —— Scholia omissa sunt in hac Aldinae editionis repetitione, quae pauca singularia habet, raroque occurrit.

1534, 8. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΕΠΤΑ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE SEPTEM CVM COM*mentarijs interpretationum argumenti Thebaidos Fabularum Sophoclis, authore Ioachimo Camerario Qu. iam recens natis atq; aeditis.* Haganoae, ex Officina Seceriana. Anno M. D. XXXIIII. III. Idus Martii. *In fine fabularum f.* 228 *a*: *ΤΕΛΟΣ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.* Haganoae, ex Officina Seceriana. Anno M. D. XXXIIII. III. Idus Martii. *Eodem f. b Iani est caput. Adiungendi sunt editioni*: COMMENTARII INTERPRETATIO*num Argumenti Thebaidos Fabularum Sophoclis, Authore* IOACHIMO CAMERARIO *Quaestore.* — H. EOBANI HESSI. — *Tota diu longas perpessa Tragoedia noctes* || *Visa fuit Latias deseruisse Scholas* || *Primus & informes Ioachimus depulit umbras* || *Et tulit hac Tragicis luce duobus opem* || *Musa Sophoclaeo iuncta Euripidaea Cothurno* || *Cui placet ista uide, cui minus ista fuge.* Haganoae, ex Officina Seceriana Anno M. D. XXXIIII. III. Idus Martii. *In fine f.* 95 *b*: Haganoae, ex Officina Seceriana, Anno M.D.XXXIIII. III. Idus Martii. *Infra Iani caput.* —— 228 non num. *ff*; 95 num. *ff.* Scholia graeca in hac editione desiderantur. Bibl. acad. Lips.

1544, 4. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΕΠΤΑ ΜΕτα σχολιων παλαιων και πανυ ὠφελιμων.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE SEPTEM, CVM INTER*pretationibus uetustis & ualde utilibus.* *Τα των τραγῳδιων ὀνοματα.* Tragoediarum nomina. *Αἰασ μαςιγοφορος* Aiax flagellifer. *Ηλεκτρα* Electra. *Οἰδιπους τυραννοσ* Oedipus tyrannus. *Αντιγονη* Antigone. *Οἰδιπους ἐπι κολωνῳ* Oedipus coloneus. *Τραχινιαι* Trachiniae. *Φιλοκτητησ* Philoctetes. *ANNO XLIIII. In fine f.* 193 *b*: *ΤΕΛΟΣ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.* —

Omnes sunt quaterni, praeter * qui est Titulus, & &. qui est quinternio. — *Folio 144. facie 2 linea 25. in quibusdam exemplaribus lege quae confusa erant hoc modo: Ον ὦ γᾶσ παῖ. τὸν κέρβερον ἐξ μινίζομαι, τῷ ξένῳ ὁρμωμένῳ, καὶ πεϱῶντι &c.* — *FRANCOFVRTI, EX OFFICINA PETRI BRVBACHII, ANNO M.D.XLIIII. F. ult. a habet insigne typogr., quod est Iani caput.* —— 2 *ff.* praefixa, 193 num. *ff.*, et 1 *f.* In fabula Oedipo Coloneo f. 129 sq., *sign.* r, quatuor *ff.*, errore typographi perverse adornata sunt, quod iam *Hamberger* in Zuverlässige Nachrichten Vol. I. sect. II. p. 165 adnotavit. Ceterum haec editio ex Iuntina expressa est, cum ea enim in singulis fere paginis consentit, quod ipse vidi.

1547, 4. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ἙΠΤΑ ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΥ ὨΦΕΛΙΜΩΝ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE SEPTEM Cum interpretationibus uetustis & ualde utilibus. *Τα των τραγῳδιων ὀνοματα.* Tragoediarum Nomina. *Αἰας μαςιγοφορος* Aiax flagellifer. *Ηλεκτρα* Electra. *Οἰδιπους τυραννος* Oedipus tyrannus. *Αντιγονη* Antigone. *Οἰδιπους ἐπι κολωνῳ* Oedipus coloneus. *Τραχινιαι* Trachiniae. *Φιλοκτητης* Philoctetes. FLORENTIAE. MDXLVII. *F. penult. b: ΤΕΛΟΣ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.* — Omnes sunt quaterni praeter * qui est duernio &&, qui est quinternio. — FLORENTIAE APVD IVNCTAM. M.D.XLVII. *F. ult. b habet insigne Iuntae typogr., quod est lilium, quod duo pueri tenent.* —— 4 *ff.* praefixa, 192 num. *ff.*, 1 non num. *f.*, et 1 *f.* cum insigni typ. Praefatio est inscripta: „BERNARDVS IVNCTA LECTORI SAL.", atque incipit his verbis: „CVM IN Auctoribus graecis, Humanissime lector, qui olim ex officina nostra prodierunt: hoc nobis propositum maxime fuisset, ut quam emendatissimi exirent: in Tragoediis Sophoclis, quas eo tempore unà cū scholiis excusimus, ita nos studiose & sollicite gessimus: ut putaremus in ea editione, totius laboris & diligentię, quam in caeteris auctoribus adhibebamus, iudiciū subituros. Itaq; non contenti eum librū à multis nec minimis mendis perpurgasse: dedimus etiam operam, ut auctiorem aliquanto quam antea fuerat, emitteremus, declarationesq; nō paucas addidimus, quas ex antiquis codicibus erutas, docti & ¸pdiligētes uiri nobis benigne cōmunicarant: & omnino eū multis partibus meliorē nobis reddidisse uisi sumus. Tulimus itaq; statim diligentię nostrae non mediocrē fructum: nam & consilium nostrum praeclarè eruditis probari audiebamus: & libros ipsos cupidissime à studiosis arripi uidebamus: ut breui, ex magna illorum librorum copia, perpauci reliqui nobis repeterent, atq; in dies impensius efflagitarent: coacti tandem sumus, eorum desideriis satisfacere. Itaq; eundem auctorem iterum diuulgamus: multis etiam nunc scholiis auctum & locupletatum. Iisdem .n. codicibus adhibitis: & diligentius pertractatis: multa quae tunc nos fugerant, animaduertimus: & nōnulla loca, quae temporum iniuria corrupta, aut etiam hominum incuria depravata fuerant: ad pristinū integritatem reuocauimus." *F.* 2*a* sq. ... illud te studiose Lector admonemus: in utroq; Oedipo & in Trachiniis, quaedam a nobis immutata esse: multaq; ad fidem uetustorum codicum restituta. Habuimus .n. mirae uetustatis & fidei exemplaria: ex quibus & haec ipsa: & declarationes quę ibidem additae sunt, bausimus." Editionem curavisse *Petrus Victorius* dicitur. *Elmsley* in praefatione sua ad Oedipum Coloneum de hac editione docet p. IV sq. haec: „Quod attinet ad impressos, minime silentio praetereundus est alter Florentinus anno 1547. impressus...... Quaedam certe in ea editione immutata sunt aliunde atque e vetustis codicibus. Non nisi Romanae scholiorum editionis auctoritate nititur *ὦ πότνι' ὦ δεινῶπες* v. 34. ut suo loco monui. Quae vero editori non suppeditavit scholiastes, e MS. Laur. A. sumsisse videtur. Quem librum, aut alium ex eo derivatum, ita usurpavit, ut *ὁρᾶν ἐγὼ* v. 138. *δύσμορ'* v. 327. *σημαίνουσ'* v. 366. et fortasse plura ejusdem generis pro genuina scriptura acceperit." Bibl. sen. Lips.

1550, 8. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΕΠΤΑ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE SEPTEM. *ΤΑ ΤΩΝ ΤΡΑΓΩδιων ὀνοματα.* Tragoediarum nomina. *Αἰας μαςιγοφορος* Aiax flagellifer. *Ἠλεκτρα* Electra. *Οἰδιπους τυραννος.* Oedipus tyrānus. *Ἀντιγονη* Antigone. *Οἰδιπους ἐπι κολωνῳ* Oedipus coloneus. *Τραχινιαι* Trachiniae. *Φιλοκτητησ* Philoctetes. *ἀφμι.* *In fine:* FRANCOFORTI EXCVDEBAT PETRVS BRVBACHIVS MENSE MARTIO ANN. M.D.L. — *Series chartarum.* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD. *Omnes quaterniones. F. ult. habet insigne Brubachianum typogr. quod est Iani caput.* —— 427 pp. et 1 *f.* Scholia in hac editione Brubachiana secunda omissa sunt.

1553, 4. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ. ΑΙΑΣ ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΟΣ. ΗΛΕΚΤΡΑ. ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ. ΑΝΤΙΓΟΝΗ. ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩ. ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ. ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. — ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΚΛΙΝΙΟΥ Περι μετρων οἷς ἐχρησατο Σοφοκλης, Περι σχηματων, Σχολια. — Βασιλει τ' ἀγαθῳ κρατερῳ τ' αἰχμητῃ.* — TYPIS REGIIS. PARISIIS, M.D.LIII. Apud Adrianum Turnebum typographum Regium. EX PRIVILEGIO REGIS. *In fine p.* 400: EXCVDEBATVR LVTETIAE PARISIORVM IX. CAL. IAN. M.D.LII. — ***Sequuntur singulari titulo:*** *ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΚΛΙΝΙΟΥ, ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΕΠΤΑ ΔΡΑΜΑΤΑ, Περι μετρων οἷς ἐχρησατο Σοφοκλης, Περι σχηματων και σχολια. — Βασιλει τ' ἀγαθῳ κρατερῳ τ' αἰχμητῃ.* TYPIS REGIIS. PARISIIS, M.D.LIII. Apud Adrianum Turnebum typographum regium. EX PRIVILEGIO REGIS. *In fine*: EXCVDEBATVR LVTETIAE PARISIORVM, M.D.LIII. (*non* 1552, *ut Ebertus indicat.*) *Sequuntur* 8 *ff.*: *ΑΙ ΔΙΑΦΟΡΟΙ ΓΡΑΦΑΙ ΚΑΙ ΣΦΑΛΜΑΤΩΝ τινων ἐπανορθωσεις, ἐν τοις του Σοφοκλεους δραμασι.* ***et***: *ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΑΞΙΟΜΝΗΜΟΝΕΥΤΕΡΩΝ ἐν τῃδε τῃ βιβλῳ.* ***et pauca***: *ΕΝ ΤΟΙΣΔΕ ΤΟΙΣ ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΣΙ Τρικλινιου, διαφοροι γραφαι και σφαλματων τινων ἐπανορθωσεις.* —— 4 *ff.* praefixa, 400 pp.; 2 *ff.* praefixa, quae habent titulum, et: *ΕΚ ΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΥ ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣ, ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΕΝΝΕΑ ΜΕΤΡΩΝ*, graece, et 147 pp.; 8 *ff.* Haec editio, quae quidem integra rarissime occurrit, atque raritatis splendorisque causa quaeritur, e codice *Aemari Ranconeti* valde interpolato per *Turnebum* edita est. *Brunckius* in sua praefatione, praemissa editioni a. 1786 de ea iudicat haec: „Adr. Turnebus codicem a Demetrio Triclinio recensitum .... edidit .... ab ea discedere nefas duxerunt H. Stephanus et G. Canterus. — Verumtamen illa Triclinii interpolatio neutiquam digna erat, quae sincero textui ab Aldo edito praeferretur: pravas lectiones passim intrusit: maxime vero in canticis impudentissima audacia grassatus est.“ Bibl. sen. Lips.

1555, 4. Sophoclis Tragoediae VII, cum interpretationibus vetustis et valde utilibus. Francofurti. MDLV. —— 2 *ff.* praefixa, et 193 num. *ff.* In huius editionis notitia *Schweiger* valde erravit. Editio haec in paginis cum editione a. 1544 concinit. Scholia sunt addita.

1567, 8. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΕΠΤΑ.* SOPHOCLIS TRAgoediae ***Septem.*** *Τα των τραγῳδιων ὀνοματα.* ***Tragoediarum nomina.*** *Αιας Μαστιγοφορος.* Aiax Flagellifer. *Ηλεκτρα.* Electra. *Οἰδιπους Τυραννος.* Oedipus Tyrannus. *Αντιγονη.* Antigone. *Οἰδιπους ἐπι Κολωνῳ.* Oedipus Coloneus. *Τραχινιαι.* Trachiniae. *Φιλοκτητης.* Philoctetes. *FRANCOFORTI, PER PETRVM BRVBACH. M.D.LXVII.* ***In fine***: *Series chartarum*, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD. Omnes quaterniones. FRANCOFORTI, APVD PEtrum *Brubachium*, *Anno* M.D.LXVII. —— 427 pp. „Brubachianae editiones neque cum Aldina, neque inter se semper consentiunt, ut haud raro Iuntinarum alterutram, tertia inprimis posteriorem, sequi videantur. Vitebergensis anni 1585 cum Brubach. sec. singulis fere paginis et versibus concinit, ac saepe etiam operarum errores novis auctiores repetit. Nonnunquam tamen etiam aliam lectionem sequitur. Hanc vero, sicut Brubb. sec. et tert., quae non raro priorum editionum errores corrigit, primus ego contulisse videor.“ Haec sunt *Martini* verba ex eiusdem praefatione ad Sophoclis editionem tertiam Vol. II.

1568, 4 mai. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΑΙ ΕΠΤΑ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE SEPTEM. Vna cum omnibus Graecis scholiis, & cum Latinis Ioach. Camerarij. ***Annotationes Henrici Stephani in Sophoclem & Euripidem, seorsum excusae, simul prodeunt.*** ANNO M.D.LXVIII. EIVSDEM HENRICI STEPHANI Distichon de suis editionibus Aeschyli & Sophoclis, — AEschylon edideram, Sophoclis inuidit: at idem || Cur ab eo posthac inuideatur habet. — 4 *ff.* praefixa, 461 pp.; 242 pp.: „Commentatio explicationum omnium tragoediarum Sophoclis, Autore Joachimo Camerario Pabepergensi.“ *Henricus Stephanus* paucis mutatis repetiit Turnebi textum, qui dicitur. Ex editoris praefatione ad lectorem, editioni praefixa, exhibeo haec: „Ad scholia autem quod attinet, ego quae sub Demetrii Triclinii nomine seorsum edita erant, caeteris adiunxi. Multa etiam menda in iis castigavi, quae videlicet castigari tuto poterant: caetera tuo arbitrio reliqui (donec alius exemplaris copia fiat) quum praesertim pleraque sint eiusmodi quae tibi non multum negotii exhibere possint. Turnebum certè, licet eorum typographum, typographicae *διορθωσεως* operam illis non

impendisse, ex eo coniicio quod foedissimus quidam per totū librum fuerit cōmissus error, nimirum ἤως pro ἤγουν: idque ex non intellecta, vel potius ex nō bene lecta veteris codicis compendiaria nota. Atqui ἤως Graecum nō est: ἠώς autē retracto in posteriorē accentu, est Aurora: quae quid commune habere potuit cum particula ἤγουν, Videlicet aut Id est significante? — Sed en tibi & aliud cuius super his Triclinii commentariis monendus es: nimirum quae Turnebus sub eius nomine edidit scholia in tres posteriores tragoedias, eadem illa esse quae & antea ἀνωνύμως edita fuerāt ac idē passim ferè in utrisque, aut certè mutatis tātum aliquibus verbis dici. Quod ego sane initio valde mirari, & vix credere: sed tādē ubi rem ita se habere comperi, nolui nomē Triclinii scholiis illis praefigere. Quum tamen (uti dixi) idem interdū non iisdem verbis diceretur, scholia illa ἀνώνυμα ex illis Triclinii Ψευδωνύμοις alicubi emendavi, aut saltem paulo concinniora reddidi: quod tamen adiumentum vicissim his illa praestare alicubi poterant." Ceterum Stephanus nullas varias lectiones adnotavit. Bibl. sen. Lips.

1578, — 1585, 8. Sophoclis Tragoediae Septem. *Graece.* Wittenb., per Matth. Welaccum.

1579, 12. Sophoclis Tragoediae Septem, in quibus praeter multa menda sublata, carminum omnium ratio hactenus obscurior, nunc apertior proditur. Opera Guilielmi Canteri. Antwerpiae ex officina Christophori Plantini MDLXXIX. *In libri calce:* Antwerpiae excudebat Christophor. Plantinus Architypographus regius Anno M.D.LXXX. —— Fundamentum huius editionis est Turnebiana, sed, ut Brunckius recte vidit, Canterus eam dramatum formam primus constituit, quam postea omnes exhibent vulgares editiones. Ceterum editio accurate mendis purgata nitideque impressa est, et raro occurrit. Pag. 429 sqq. leguntur breves et paucae, sed acutae Canteri notae criticae; deinde ultimum locum habent aliquot Sophoclis insigniores sententiae, graece et a Guil. Cantero latinis versibus redditae.

1593, 12. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΙ Ζ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE VII. In quibus praeter multa menda sublata, carminum omnium ratio hactenus obscurior, nunc apertior proditur: *operâ* GVLIELMI CANTERI *Ultrajectini.* LVGDVNI BATAVORVM, EX OFFICINA PLANTINIANA, Apud Franciscum Raphelengium. cIↄ.Iↄ.xcIII. —— 427 pp., et 4 *ff.*: Gvlielmi Canteri in Sophoclem notae, 4 *ff.*: Sophoclis sententiae. Repetitio praecedentis editionis est. Bibl. acad. Lips.

1597, 8. *ΣΟΦΟΚΛΗΣ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE VII. Ex aduerso respondet Latina interpretatio, in qua verbum verbo reddidit VITVS WINSEMIVS. *Carminum ratio ex* GVL. CANTERO *diligenter obseruata: additis eius in totum Sophoclem* NOTIS. Heidelbergae, apud Hieronymum Commelinum. ANNO cIↄIↄxcvII. —— 701 pp. Canteri notae desiderantur in editione, quae Canterianae repetitio est. Bibl. acad. et sen. Lips.

1603, 4. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΑΙ ΕΠΤΑ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE SEPTEM. Vna cum omnibus Graecis scholiis & Latina Viti Winsemij ad verbum Interpretatione. *Quibus accesserunt Ioachimi Camerarij necnon Henrici Stephani annotationes.* Vna cum Indice sententiarum Sophoclearum. EXCVDEBAT PAVLVS STEPHANVS. *ANNO MDCIII. Adiungenda sunt: ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΚΛΙΝΙΟΥ ΠΕΡΙ ΜΕΤΡΩΝ ΟΙΣ ἐχρήσατο Σοφοκλῆς.* —— 4 *ff.* praefixa, 788 pp.; 16 *ff.*: Annotationes Henrici Stephani in Sophoclis Tragoedias; 202 pp.; Index sententiarum Sophoclis, 3 *ff.* Bibl. acad. Lips.

1608, 8. Tragoediae Sophoclis quotquot extant, graeco-latinae. Ingolst., Ad. Sartorius. —— 945 pp.

1614, f. — graece et latine. —— In Corpore Poetarum graec. (Genev.) Tom. I. p. 1 sqq. *V.* Poetae. I. Aa).

1665, 8. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ Ζ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE VII. Una cum omnibus graecis Scholiis ad calcem adnexis (*latinaque versione*). *Εν τῃ Καντaβριγιᾳ, ἐξετυπωθη παρ' Ιωαννου Φιελδου etc. α χ ξ η. Scholia separatim numeris signata inscr. sunt: Σχολια παλαια των πανυ δοκιμων, μετα των του Τρικλινιου εις Σοφοκλεους ἑπτα Τραγωδιας. Εν τῃ Κανταβριγιᾳ ἐξετυπωθη παρ' Ιωαννου Φιελδου, του της Ἀκαδημιας τυπογραφου, ἐτει απο της θεογονιας α χ ξ η.* —— Textus ex recensione Stephaniana expressus est. Novi tituli facti sunt a. 1668 sqq.

1668, — 1669, 8. — Cantabr. *etc.* —— *V.* 1665 et 1673.

1673, 8. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ Ζ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE VII. Una cum omnibus graecis Scholiis ad calcem adnexis. *Editio postrema. Can-*

tabrigiae, Excudebat J. F. prostant *Londini* apud Rob. Scott. 1673. — *Scholia sunt inscr.*: *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ Ζ.* SOPHOCLIS TRAGOEDIAE VII. Una cum omnibus graecis Scholiis ad calcem adnexis. *Editio postrema.* *Ἐν τῃ Κανταβριγιᾳ Ἐξετυπωθη παρ᾽ ΙΩΑΝΝΟΥ ΦΙΕΛΛΟΥ, τȣ της Ἀκαδημιας τυπογραφȣ. Ἐτει ἀπο της Θεογονιας. α χ ξ η.* —— 4 *ff.* praefixa, 545 pp.; 1 *f.*, 236 pp. Bibl. acad. Lips.

1705 — 1708, 8. Sophoclis Tragoediae VII, Graece et Latine, opera Thomae Johnson. Oxon. *II Voll.* —— Singulis voluminibus singuli tituli praefixi sunt: et quidem *Volumen I.*, quod continet fabulas Aiacem et Electram, prodiit *Oxon.* 1705; *Volumen II.*, continens fabulas Antigonam, Trachinias, Oedipum Coloneum, prodiit *Oxon.* 1708. His duobus voluminibus saepissime adiungitur volumen III. editionis a. 1746. Rep. 1746.

1722, — 1747, 12. *ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΑΙ ΕΠΤΑ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ.* Sophoclis tragoediae VII. Cum versione latina et selectis quibusdam variis lectionibus. Londini ex officina Iacobi Tonson, et Io. Watts. MDCCXXII. — MDCCXLVII. *II Voll.* —— 4 *sh.* 6 *d.* Oratio graeca ex Stephani recensione descripta est. Falso editio tribuitur *Michaeli Maittairio.*

1745, 12. *ΑΙ ΤΟΥ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΣΩΖΟΜΕΝΑΙ ΕΠΤΑ.* SOPHOCLIS Tragoediae quae extant septem, cum versione latina. Additae sunt lectiones variantes, et notae viri doctissimi F. Johnson in quatuor Tragoedias. Glasguae in aedibus academicis, excudebat Robertus Foulis, Academiae Typographus. MDCCXLV. *II Voll.* —— 2 *L.* 2 *sh.* Haec nitida editio, quae tamen non satis accurate typis descripta est, *κατα ποδας* sequitur editionem Londinensem a. 1722.

1745, 4min. *ΑΙ ΤΟΥ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΣΩΖΟΜΕΝΑΙ ΕΠΤΑ.* SOPHOCLIS Tragoediae quae extant septem; additae sunt Lectiones variantes; et notae viri doctissimi T. Iohnson in quatuor Tragoedias. Glasguae: in aedibus academicis excudebat R. Foulis, Academiae typographus, apud quem venales prostant; Edinburgi, apud G. Hamilton et I. Balfour, et A. Kincaid. MDCCXLV. —— In hac editione, quae antecedente correctior, versio latina omissa est. Sunt etiam exx. in ch. m.

1746, 8. SOPHOCLIS Tragoediae VII, Graece et Latine, nova Versione donatae, Scholiis veteribus, (*tam antehac, quam nunc primum editis*) Notisque perpetuis et variis Lectionibus illustratae, opera Thomae Iohnson, A. M. Londini, apud Gul. Innys, R. Manby. MDCCXLVI. *III Voll.* —— Haec est editionis a. 1705—1708 repetitio, sed volumine tertio aucta. Singula volumina habent singularem titulum, et quidem *Volumen I.* complectitur fabulas Aiacem et Electram, *Volumen II.* Antigonam, Trachinias, Oedipum Coloneum, *Volumen III.* Oedipum Tyrannum et Philocteten. Rep. 1758.

1758, 8 mai. SOPHOCLIS TRAGOEDIAE SEPTEM Scholiis veteribus illustratae: Cum Versione et Notis Thomae Johnsoni. Accedunt Variae Lectiones, et Emendationes Virorum Doctorum undecunque collatae. Duobus Voluminibus. Vol. I. in quo continentur Ajax, Electra, Antigone. Londini, Impensis Jos. Pote, R. Manby, E. Wicksted, J. Barker, H. S. Cox, Joan. Rivington, J. Richardson, P. Davey & Law. MDCCLVIII. — SOPHOCLIS *etc.* Vol. II. in quo continentur Oedipus Tyrannus, Philoctetes, Oedipus Coloneus, Trachiniae. Londini *etc.* MDCCLVIII. *II Voll.* —— vi pp., et 1 *f.*, 418 pp., 31 pp. notae; 1 *f.*, 514 pp., 1 *f.* cum epistola typographi data ad lectorem, in qua de suae editionis ratione disserit, 41 pp. Notae. Orationi graecae subiecta est et versio latina et scholia graeca. In folio post paginam vi voluminis I. legitur haec notitia: „N. B. Variae Lectiones in *Ajacem & Electram*, e quatuor Codd. MSS. in *Bibliotheca Bodleiana*, scil. duobus *Barocciania* No. 61 et 66. uno *Bodleiano*, No. 731. uno itidem *Laudiano* No. 2929. sunt desumptae. Ex quibus etiam huc allata sunt Scholia Inedita. Accessere Variae Lectiones ex edit. Ald. *Venetiis* 1502, & edit. Turneb. Par. 1553.“ Nunc typographi epistolam integram ex volumine secundo transscribo. Est autem: „Typographus Lectori S. — Ex septem Sophoclis Tragoediis Ajacem et Electram edidit Johnsonus, A. D. 1705. quibus Versionem, Notas, et Variantes lectiones adjecit: Deinde Antigonen, et Trachinias cum Notis, sed absque Variis Lectionibus, A. D. 1708. Hae quatuor Fabulae junctim recusae sunt A. D. 1746, quibus tres caeterae accessere cum versione itidem Johnsoni, et Scholiaste in Oedipo non ante vulgato. Nec in hac quasi posthuma editione tribus Fr-

bulis sua deessent Notarum adjumenta, vir quidam ingenio et doctrina solertissimus plurimas congessit, unde Johnsoni operam in hac parte lenius desideraremus. Ea vero editione jam divendita, et nova flagitata, me rogat Bibliopola, ut aliquem commendarem, qui talem moliretur. Cumque nemo inveniretur, nisi qui esset aut impar oneri, aut mercedi plusquam par, me tandem hortatur, ut ipse pro officio aliquem pannum attexerem, ne liber gratia novitatis penitus destitueretur. Dum Schedae igitur sub prelo properantur, imo sub duobus prelis, Variantes Lectiones, quas Johnsonus ad finem duarum Fabularum apposuerat, suis paginis subjeci, quo facilius oculos allicerent, et essent ad usum promptiores. Tres Fabulas, duos scilicet Oedipos et Antigonem, vir doctissimus Joannes Burtonus Etonensis, S. T. P. edidit, dicam, an editurus est, aut alius quispiam sub ejus auspiciis. Inde lectiones in Antigonem transtuli; in aliis utrisque idem facturus, nisi quod, cum sub alio prelo essent elaboratae, nollem arroganter nimis falcem in alienas segetes immittere. — Versionem in quibus plerisque locis Johnsonus refingendam admonuit, refinxi; quod non in omnibus, fatendum est non bene provisis consiliis id deberi. In hac parte sperabam aliquid auxilii ex editione Londinensi A. D. 1722. in 12°. cujus Dedicationi subscribuntur A. B. Sed in Ajace et Electra versionem Johnsoni, quae in lucem tum prodierat, arripuit, in caeteris Winsemii Hanc κατὰ πόδας sequitur editio Glasguensis, A. D. 1745. nisi quod Iohnsoni notulas in quatuor tragoedias ad finem adjunxerit: et tamen collectanea, quae ad caeteras accessere, omisit. — Emendationes in Textum et Scholia undecunque potui, κατὰ κτῆσιν τȣ̃ καιρȣ̃, conrasi, et messem, quam vir doctus ad duos Oedipos et Philocteten contulerat, manipulo auxi. In caeteris tragoediis notae, quae T. J. nomine non sunt insignitae, nunc primum accessere. Inter has quaedam loca in Scholiis ad Ajacem videbis feliciter restituta a viro docto anonymo; unde facile senties quam multa restant restituenda. Dudum conquestus est Henricus Stephanus in Schediasmate II. c. 13. errores quam plurimos ex compendiaria Msstorum scriptura esse ortos. Quales quidem non nisi eodem fonte, ex quo profluxere, sunt diluendi. — Ex utroque prelo novi errores accrevere, quos petimus ut aequo animo feras, memor nos aliquam materiam futuro editori suffecisse, et paululum incuriae tumultuaria quadam diligentia compensasse.“ Ex *Marklandii* schedis manuscriptis relictis sunt notae quaedam in hac editione receptae, v. *Wolfii* Litterarische Analekten Vol. II. p. 385.

1772, 8 mai. SOPHOCLIS Tragoediae VII, nova recensione donatae scholiisque veteribus illustratae. Accedunt notae perpetuae et variae lectiones, opera Thom. Iohnson. Accessere etiam nunc primum notae selectae ex codd. variorum VV. DD. nuper editis. Versio denique cum eruditorum interpretationibus collata et una cum scholiis plurimis in locis castigata. Editio prioribus longe accuratior et auctior. Etonae. *II Voll.* —— Hanc notitiam desumpsi ex *Brüggemanni* Supplement to the View, p. 26, sed nullo alio libro litterario huius editionis notitiam inveni.

1775, 8. *ΑΙ ΤΟΥ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΕΠΤΑ.* Sophoclis Tragodiae VII nova versione donatae scholiisque veteribus illustratae. *Graece et Latine.* Accedunt notae perpetuae et variae lectiones opera Thom. Johnson. Accessere nunc primum notae selectae et emendationes ex codd. variorum doctorum virorum nuper editis. *etc.* Editio auctior et accuratior. Etonae, apud Iosephum Pote. *II Voll.* —— Hanc accuratam editionem curavit *J. Tweedie.* Ex eiusdem notitia, editioni praemissa, exhibeo haec: „In textu Graeco exhibendo, editionem Iohnsonianam secuti sumus. — Vix dici potest quam infinita Scholiorum farrago in postrema editione, quae prodiit Lond. 1758. in duobus voluminibus 8vo. apparuit. Omnia ita vitiata et transposita erant, ut rudis indigestaque potius vocum moles, quam Sophoclis expositio, viderentur. Haec iam sub incudem revocata, et maximo cum labore recensita, nunc primum ad suam paginam proprio magis iustoque ordine disponuntur. In reliquis expurgandis longius quidem elaboravissemus, si temporis angustiae aliaeque curae non impedivissent. I. T.

1781, 4. Sophoclis tragoediae Septem, cum interpretatione latina et scholiis veteribus ac novis. Editionem curavit Ioannes Capperonnier, *etc.* Eo defuncto edidit, notas, praefationem et indicem adjecit Ioan. Franc. Vauvilliers. Paris., Pissot. *II Voll.* —— Huius splendidae editionis fundamentum est Iohnsoniana a. 1705, sed codices mstos editor adhibere non potuit; ii enim tum temporis erant Argentorati apud *Brunckium*, qui Sophocli operam navavit Notae, unicuique volumini (*Vol. I.* 60 pp., *Vol. II.* 74 pp.) adnexae, sunt et criticae, et metricae, at-

que exegeticae, probant Vauvillerii diligentiam; usus est enim maxima cura iis, quae Dawes, Heath, Valckenarius, Toupius, Musgravius, Brunckius aliique ad Sophoclem spectantia iamiam scripserunt. In scholiis describendis Capperonnier exemplo Romano usus est. Conf. *Wyttenbachii* Bibliothecam crit. Vol: II. P. II. p. 38—55.

1786, 4. Σοφοκλεους τραγωδιαι ἑπτα. Sophoclis Tragoediae septem. Etonae. Excudit Iosephus Pote. MDCCLXXXVI. —— Haec rarissima recentiorum editio habet varias lectiones editionum Aldinae et Turnebianae, atque notas breves.

1786 — 1789, 8. Sophoclis Tragoediae septem ad optimorum exemplarium fidem emendatae, cum versione et notis, ex editione Rich. Fr. Ph. Brunck. Argentor., sumtibus Io. Georg. Treuttel. *IV Voll.* —— Duo priora volumina habent orationem fabularum graecam, versionem latinam et notas, volumen III Scholia, et volumen IV. Indicem. „Supplementum ad praeclaram Sophoclis editionem, cura R. F. P. Brunck." *v.* in: Tracts and Miscellaneous Criticisms of Rich. Porson (London 1815, 8) p. 158 sqq.

1786, 4. Sophoclis quae extant omnia, cum Veterum Grammaticorum Scholiis. Superstites Tragoedias VII. ad optimorum exemplarium fidem recensuit, Versione et Notis illustravit, deperditarum Fragmenta collegit Rich. Fr. Ph. Brunck. Argentor., apud Io. Georg. Treuttel. *II Voll.* —— Vol. I. P. I. continet Oedipum utrumque, Antigonem et Trachinias, graece, adiecta p. 277 sqq. versione latina; P. II. veterum Grammaticorum Scholia, editorisque notas in quatuor laudatas tragoedias; Vol. II. P. I. complectitur Aiacem, Philoctetem, Electram, graece et latine; P. II. veterum Grammaticorum scholia et editoris notas in has tragoedias; P. III. habet deperditarum fabularum fragmenta, Lexicon Sophocleum atque Indices. Fundamentum orationis fabularum graecae Brunckius fecit editionem Aldinam, ut ipse in praefatione profitetur, sed eam ad codices mstos Parisinos, quorum tantum duo Sophoclem integrum habebant, atque ex coniecturis suis aliorumque, ubi tamen a vero saepe aberravit. Versionem latinam ipse fecit. Scholia repeti fecit ex editione romana: his subiecit in infima pagina partim ea, quae Antonius Fracinus in editione Florentina scholiis addidit, partim ea, quae Th. Johnsonus e codicibus in tres fabulas Aiacem, Electram atque Oedipum Regem ediderat, partim quae ipse in suis codicibus inter textus, qui dicitur, lineas scripta invenerat. Demetrii Triclinii scholia seorsum edidit, praetermissis metricis, ut ineptis. Quae Turnebus in Oedipum posteriorem, in Trachinias et Philoctetem ediderat, earum admodum paucas, existimat, esse Triclinii notas; sed ipsa scholia antiqua, nonnullis in locis pleniora et emendatiora, quam in editione Romana: in codice quoque regio catal. MMDCCXL Triclinii scholia ab antiquis perspicue distincta sunt, ita ut confundi non possint, quod secus fuisse Brunckio videtur in eo, quem Turnebus nactus est. Conf. ephem. litter. univ. 1786. no. 216. p. 489—490. et Bibliothek der alten Litt. und Kunst. P. II. no. 2. p. 127 — 143. Duo exx. in ch. pergam. impressa extant, quorum alterum adservatur in bibl. Paris. regia, alterum fuit apud Renouardum. Fundamentum editionis fecit Brunckius Aldinam editionem. Versio latina recens facta est a Brunckio. Ceterum haec editio nitida est et accuratissime typis descripta.

1787, 12. Sophoclis tragoediae septem. *Graece.* Exhibet I. M. Suerius Duplan. Paris. —— Haec editio habet textum veterem.

1788, 8. Sophoclis Tragoediae septem, scholiis veteribus illustratae, cum versione et notis Thomae Iohnsoni. Etonae, apud Iosephum Pote. MDCCLXXXVIII. —— *V.* 1775 et 1799.

1788 — 1789, 8 mai. Sophoclis tragoediae septem, cum scholiis veteribus, versione latina et notis. Accedunt deperditorum dramatum fragmenta. Ex editione Rich. Fr. Ph. Brunck. Argentorati. *III Voll.* —— Haec nova editio, cuius tantum 250 exemplaria editoris sumptibus sunt impressa, habet novam orationis graecae recognitionem scholiorumque, omissis recentioribus et Triclinii, atque indice. Volumen III. habet titulum hunc: In Sophoclis Tragoedias VII. scholiastes graeci ex editione Rich. Fr. Ph. Brunck. 1788. A. 1789 volumen hoc addebatur: Index in Sophoclem.

1790, 8. Sophoclis Tragoediae, graece, in usum Scholarum ad Exemplar Brunckianum diligentissime expressae. Hal., Orphanotr. *II Voll.* —— Rep. 1813.

1799, 8. Sophoclis tragoediae etc. Eton. *II Voll.* —— *V.* 1788.

1800 — 1801, 8. Sophoclis Tragoediae septem, *graece.* Cum animadversionibus Sam. Musgravii. Accedunt praeter variantes Lectiones editionum optimarum. Sophoclis Fragmenta, ex editione Brun-

chiana, nec non Index Verborum. Oxon., ex typographia Clarendoniana. MDCCC. *II Voll.* — Scholia graeca in Sophoclem. Oxon. *etc.* —— Exx. in ch. m. 2 *L.* 5 *sh.* Rep. 1809 sq.

1802, 8. Sophoclis tragoediae septem ex recensione Phil. Fr. Ph. Brunckii, cum Brunckianis selectis paucisque suis notis in usum praelectionum academicarum edidit L. Sahl. Hafn., Proft. *II Voll.* —— Haec editio habet recensionem Brunckii, atque eius selectas notas.

1802 — 1825, 8 mai. Sophoclis Tragoediae septem, ac deperditarum fragmenta. Emendavit, varietatem lectionis, Scholia notasque tum aliorum tum suas adjecit C. Glo. A. Erfurdt. Lips., Gerh. Fleischer. *VII Voll.* —— 18 *Th.* 8 *Gr.* Haec noua editio continet novam quidem recensionem, partim ad codices mstos, sed non satis accurate facta est. *Volumen I.* habet (1802) Trachinias, *Vol. II.* (1803) Electram, *Vol. III.* (1805) Philoctetem, *Vol. IV.* (1806) Antigonam, *Vol. V.* (1809) Oedipum Regem, *Vol. VI.* (1811) Ajacem. *Vol. VII.* prodiit sub titulo: Sophoclis Oedipus Coloneus. Post Erfurdtii obitum emendarunt notasque tum aliorum tum suas adiecerunt Lud. Heller et Lud. Doederlein. Lips., Gerh. Fleischer MDCCCXXV. Singula volumina singulatim venalia prostant.

1806, 8. Sophoclis dramata quae supersunt et deperditorum fragmenta, graece et latine. Denuo recensuit et Rich. Fr. Ph. Brunckii annotatione integra, aliorum et sua selecta illustravit F. H. Bothe. Lips., Weidmann. *II Voll.* —— 6 *Th.*, ch. scr. 8 *Th.*, ch. holl. 12 *Th.* *Bothius* textum, qui dicitur, temere mutavit.

1808, 8. Sophoclis Tragoediae VII, cum Scholiis veteribus, versione latina et Notis. Accedunt deperditorum dramatum Fragmenta. Ex editione Rich. Fr. Ph. Brunck. Oxon., Bliss. *II Voll.* —— 9 *sh.*, ch. m. 12 *sh.* Rep. 1812.

1809 — 1810, 8. — cum animadversionibus Sam. Musgravii. *etc.* Oxon., Clarendon. *III Voll.* —— 1 *L.* 7 *sh.*, ch. m. 1 *L.* 15 *sh.*

1809, 32. Sophoclis tragoediae VII, graece. Ex editione Rich. Fr. Ph. Brunck. Textui subjicitur singularum editionum Brunckianarum discrepans lectio. Oxon., Bliss. *II Voll.* —— 7 *sh.*

1809 — 1825, 8. Sophoclis Tragoediae. Ad optimorum librorum fidem iterum recensuit et brevibus notis instruxit C. Glo. A. Erfurdt. Lips., Gerh. Fleischer. *VII Voll.* —— 5 *Th.* 20 *Gr.* Hanc editionem, cuius tantum duo priora volumina Erfurdtius paravit atque edidit, continuavit suisque notis ornavit *Gf. Hermannus*. Volumen I. (1809) complectitur Antigonem, Volumen II. (1811) Oedipum regem, Volumen III. (1817) Aiacem, Volumen IV. (1819) Electram, Volumen V. (1822) Trachinias, Volumen VI. (1824) Philocteten, Volumen VII. (1825) Oedipum Coloneum. Lectio orationis graecae in hac nova eaque minore editione saepe a maioris editionis lectione recedit. Singula volumina separatim venduntur. *V.* 1823 sqq.

1810, 12. Sophoclis tragoediae ad optimorum librorum fidem emendatae, cum brevi notatione emendationum, cura Gf. H. Schaefer. Lips., Tauchnitz. *II Voll.* —— 1 *Th.* 8 *Gr.*

1812, — 1814, 8. — Ex editione Rich. Fr. Ph. Brunck. Oxon. *II Voll.* —— *V.* 1808.

1813, 8. Sophoclis Tragoediae, in usum scholarum, curis secundis expressae. Hal., Orphanotr. —— 1 *Th.* *V.* 1790 et 1822.

1815, 8. Sophoclis Dramata. Emendirt und erläutert von J. G. v. Fröhlich. 1r Theil: Philoctet, Electra, die Trachinierinnen. Sulzbach., Seidel. —— 1 *Th.* 8 *Gr.*

1818, 12 mai. Sophoclis Dramata. Edidit Gf. H. Schaefer. Lips., Weigel. —— 1 *Th.*

1819, 8 mai. Sophoclis quae exstant omnia cum veterum Grammaticorum Scholiis. Superstites Tragoedias VII, ad optimorum exemplarium fidem recensuit, Versione (*latina*) et notis illustravit, deperditarum Fragmenta collegit Rich. Franc. Phil. Brunck. Accedunt Excerpta ex varietate lectionis, quam continet editio Car. Glo. Aug. Erfurdt. Demetrii Triclinii Scholia metrica et notae ineditae Car. Burneii. Lond., Priestley. *III Voll.* —— XVI, 445; 380; 215 pp. 1 *L.* 1 *sh.*, ch. m. 2 *L.* 2 *sh.* Volumen I. complectitur quinque fabulas, adiectis veteribus scholiis atque notis in infima libri ora; Volumen II. duas reliquas tragoedias, deperditarum fragmenta, Lexicon Sophocleum, Indicem verborum, atque Indicem Scriptorum in Scholiis allegatis. Pag. 330 sqq. leguntur Excerpta ex lectionum varietate, quam continet editio Erfurdtii; p. 367 — 379: C. Burneii notae nunc primum editae. In Volumine III. exhibentur: Σχλ-

λογη των παραλελειμμενων σχολιων, atque versio latina.

1820, 8. Sophoclis Tragoediae, graece et latine, cum notis Brunckii, Schaeferi et Erfurdtii. Oxon. *III Voll.* —— 15 *sh.*

1822, 8. Sophoclis Tragoediae cum variis lectionibus et notis Brunckii. Lond. —— 6 *sh.*

1822, 8. Sophoclis Tragoediae, in usum scholarum ad optimorum librorum fidem expressae. Accedit varietas lectionis copiosissima. Editio III. emendatior et multo auctior. (*Cura J. F. Martin.*) Hal., Orphan. MDCCCXXII. *II Voll.* —— 1 *Th.* Editor diligenter varias editionum veterum lectiones enotavit, atque in volumine secundo composuit.

1823, 32. Sophoclis Tragoediae, graece ex editione Brunckii et Schaeferi. Oxon. *II Voll.* —— 5 *sh.*

1823 — 1825, 8. Sophoclis Tragoediae ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit C. Glo. A. Erfurdt. Editio secunda. Vol. I. Antigona. Lips. *Etiam sub titulo:* Sophoclis Antigona. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit C. Glo. A. Erfurdt. Editio secunda cum adnotationibus Gf. Hermanni. Lips., apud Gerh. Fleischerum. cIↄIↄcccxxiii. — Vol. II. Oedipus rex. *Et. sub titulo:* Sophoclis Oedipus rex. *etc.* Editio secunda cum adnotationibus Gf. Hermanni. Lips., apud Gerh. Fleischer. cIↄIↄcccxxiii. — Vol. III. Aiax. *Et. sub titulo:* Sophoclis Aiax. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit Gf. Hermannus. Editio secunda *ib.* cIↄIↄcccxxv. — Vol. IV. Electra. *Et. sub titulo:* Sophoclis Electra *etc.* Editio secunda cIↄIↄcccxxv. *Huic novae editioni adiunguntur prioris editionis:* Vol. V. Trachiniae. *Etiam sub singulari titulo:* Sophoclis Trachiniae. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit Gf. Hermannus. Lips., apud Gerh. Fleischerum cIↄIↄcccxxii. — Vol. VI. Philoctetes. *Et. sub titulo:* Sophoclis Philoctetes. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit Gf. Hermannus. Lips., ap. Gerh. Fleischer. cIↄIↄcccxxiv. — Vol. VII. Oedipus Coloneus. *Et. sub titulo:* Sophoclis Oedipus Coloneus. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit Gf. Hermannus. Lips., apud Fleischerum cIↄIↄcccxxv. —— XXIV, 294; XXVI, 282; XX, 200; XII, 228; XVI, 207, 2; XVIII, 278; XXVIII, 358 pp. 7 *Th.* Fabula Antigona ornata est multis novis additamentis. Non solum nova subsidia critica adhibere potuit *Hermannus*, sed etiam repeti iussit p. XVII — XXIV: *A. Seidleri* dissertationem de tempore, quo primum acta est Antigona. Volumen III., continens Aiacem, et Volumen IV., Electram continens censurae subiecit *Bothius* in Wiener Jahrbb. Vol. XXXVI. p. 40 sqq. Vol. XXXVII. p. 141 sqq. *V.* 18.. et 1833.

1543, f. *Κερας Αμαλθαιας*(?), *ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΕΚΛΟΓΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΩΝ.* Ioannis Stobęi Sententiae ex thesauris Graecorum delectae, quarum autores circiter ducentos & quinquaginta citat, & in sermones siue locos communes digestae, nunc primum à Conrado Gesnero Doctore Medico, Tigurino, in Latinū sermonem traductae, sic ut Latina Graecis è regione respōdeant. AD LECTOREM. EN *tibi candide Lector Io. Stobaei anthologiam exhibemus, planè aureum & incomparabile opus, nempe totius Graeciae ac omnis humanae sapientiae uelluti speculum nitidissimum, siue theatrum potius in quo uariae personae agunt, philosophi, poëtae, oratores, historici, recens integritati suae restitutum. quoad eius fieri potuit, aliquot mendorū milibus* (?) *sublatis.* — ADIECTA sunt & alia quaedam, ut sequente pagina indicatur. — SVBNEXI sunt etiam Indices copiosissimi: primus autorum, qui in his collectaneis allegantur: alter rerum & sententiarum. TIGVRI EXCVDEBAT CHRISTOPH. FROSCHOVERVS, ANNO M.D.XLIII. *F.* 1 *b legitur:* „HOC VOLVMINE CONTINENTVR. Ioannis Stobaei sententiarum opus in locos digestum. Cyri Theodori dialogus de exilio amicitię, senarijs iambicis conscriptus, Graecè & Latine. Opusculum Platoni adscriptum de iusto [*latine*]. Aliud eidem adscriptum, An uirtus doceri possit [*latine.*] Omnia per CONRADVM GESNERVM Tigurinum recens Latinitate donata. [SOLONIS ELEGIA, CITATA A DEMOsthene, de causis, quae adferunt exitium regnis, & magnis ciuitatibus, conuersa à Phil. Melanch. *Sequitur index*]. —— 11 *ff.* praefixa, 536 num. *ff.*, 1 *f.*, in cuius fronte dialogus de iusto explicit, et in pagina aversa Solonis elegia legitur; et 20 *ff.* indices. Ex Gesneri praefatione ad lectorem exhibeo initium eius, et quod deinde disserit. Haec sunt: „Haud scio quonam fato in hanc Stobaei communium locorum cōuersionem, optime Lector, me dederim unico fretus exemplari, librorū omniū, qui hactenus unquam excusi sunt usquam longe corruptissimo, siue id accidit culpa typographorum, siue archetypi uitio, siue quod magis crediderim utrorumq;. Sunt enim aliquot librarij, qui sumptus facere nolunt ut exemplaria aedant correcta, neq; praeuidenda doctis hominibus exhibent, neque curant ut eruditos habeant castigatores quos praeficiant suis praelis: nec exemplaria diuersa (licet ea modicae pecuniae iactura acquiri possent) conferri satagunt, sed undecunq; bonum esse lucri odorem persuasi, hoc unum student, ut quouis modo ditescant, ac sibi tantum uiuant, non studiosis & candidatis literarum: Quibus ego propter inscitiam & auaritiam adeò nocentem (si res staret penes me) ne quem unquam librum posthac aederent grauis poenae edicto imperarem. Sed multi ipsorum socordiae auaritiaeq; suae non multò post poenam luunt, dum libri non ita distrahuntur, ut ipsi sperabant: Quod magis magisq; futurum spero, uidelicet ne tam facile ac temere libri coëmantur à studiosis. Quantumuis enim boni autores, si non qua decet fide ac diligentia fuerint excusi, gratiam & utilitatē genuinam amittunt. Laus igitur maxima debetur illis, qui ex malis & corruptis exemplaribus bona & integra studiosis communicare student: at qui non hoc solum negligunt, sed bona quoque suis praelis deteriora faciunt, reprehendendi sunt ab omnibus summopere. Haec per digressionem admonere uisum est, ut literarum studiosi sumptibus in exemplaria corrupta impendendis parcerent, & obseruarent quinam typographi accuratè bonaq; fide libros excudere solerent: Qualis inter paucos alios noster Christophorus Froschouerus est, fidelis ac diligens homo in arte typographica, quod uel tacente me ipsi libri, quotquot ab eius

officina prodeunt, loquuntur. — Quantumcunq; enim uel ingenij uiribus, uel assidue labore praestare potui, id omne in huius scriptoris emendationem collatum est, ut hoc uelut Augiae stabulum expurgaretur. Verum ut candidus Lector facilius mihi fidem adhibeat, paucis aliquot laboris mei partes enumerabo. Primum igitur autorum omnium, quotquot hactenus typis excusos habere potui, locos a Stobaeo citatos diligentissime perquisiui, contuli, & ad ipsa archetypa correxi, quod cum in alijs à me factum est, quorum hic recensere nomina nihil attinet, tum in Platonis ac Xenophontis sermonibus praecipuè. Istorum enim permulta saepe, & forte nimis prolixa, ut alicui uideri possent, testimonia proferuntur. Plaerumq; autem quo loco libroue apud singulos autores, uerba quae potui reperire, scripta essent, si in Graeco exemplari id nō indicatum fuerat, marginibus Latinae conuersionis ascripsi, ut inquisitum à me locum esse lectori probarem. Deinde omnes illas sententias Graecè nuper aeditas Basileae unà cum hymnis quibusdam Callimachi, cum exemplari nostro contuli. Nihil enim est in sententijs illis, quod non ex Stobaeo desumptum sit ab aliquo studioso, prolixioribus ferè locis, ac si qui alij non admodum ei placerent, omissis. Ad haec à doctissimo uiro D. Ioanne Oporino typographo Basiliense diligentissimo déq; bonis literis optimè merito, fragmentum Stobaei nactus, quod aliquot sermones priores continebat, id quoq; adhibui. Et multas alias, ut meliorem librū efficerem, occasiones excogitaui, quas nunc praetereo, ne quid nimis de meipso dicere uidear. In libro Venetijs impresso ne semel quidem ulla lectionis uarietas notata reperitur, ob hominum incuriam: hic uero passim uarias lectiones inuenias, in ijs locis quos contulimus, diligentiae nostrae argumentum. Quod si quę nobis corrupta uidebantur, nihil mutauimus, nisi mendum esset tam euidens, ut uel à puero uix paucos dies in Graecorum regulis grammaticis uersato deprehendi posset, praesertim in orthographia, & sensuum distinctione: Si quae uero dubitationem ullam utro modo rectius legerentur, paritura uidebantur, in ijs omnino religiose exemplaris ueterem lectionem retinuimus, & coniecturam nostram in margine Graeco, Latinóue, aut utrobiq; ascripsimus. Porrò quod translationem attinet, ac ipsum dicendi genus, Lectorem admonitum uolo me partim ad uerbum, quantum eius sine Latini sermonis damno fieri potuit, partim liberius uertisse, ita ut mediocritatem quandam seruasse mihi uidear. Nec admodum peto ueniam mihi dari, quod non élegantius & maiori elegantia conuersionem istam expoliuerim. Nam etsi facundiam & decus in uerbis admirer aç laudem: magis tamen illos laudauerim, qui in excolenda oratione mediocriter, in ipsis autem rebus peruestigandis diligentissime diutissiméq; morantur. Sic uertagum, qui leporem aliámue bestiam asseculus ceperit, longe praetulerim alteri quamuis inauratum melium gestanti. Interim uero prorsus à barbarophonis hominibus abhorreo. Suam utriq; studio curam debemus, sed breuiorem orationi, longiorem rebus. Quantum enim umbra corpore uilior, quantū signa & picturae rebus ipsis concedunt: tantum orationis cultui cognitio rerum, scientiarum, & uerae philosophíae studium praestat." Bibl. acad. Lips.

1549, f. *ΚΕΡΑΣ ΑΜΑΛΘΑΙΑΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΕΚΛΟΓΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΥΠΟΘΗΚΩΝ.* Ioannis Stobaei Sententię ex thesauris Graecorum delectae, quarum autores circiter ducentos & quinquaginta citat: et in Sermones siue Locos communes digestę, à Conrado Gesnero Doctore Medico Tigurino in Latinum sermonem traductae, sic ut Latina Graecis è regione respondeant. AD LECTOREM. EN tibi *candide lector, Io. Stobaei anthologiam exhibemus, planè aureum & incomparabile Opus, nempe totius Graeciae ac omnis humanae sapiētiae ueluti speculum nitidissimum, siue theatrum potius, in quo uariae personae agunt, philosophi, poetae, oratores, historici, recèns integritati suae restitutum, quoad eius fieri potuit, aliquot mendorum milibus sublatis: idq; in prima editione, quam publicauimus anno Domini* 1543. *Iam rursus autē in hac* SECVNDA EDITIONE, *praeter innumeros locos ex uetustissimis codicibus manu scriptis emendatos, maximum quoq; passim Sententiarum auctarium, & integros Sermones aliquot adscripsimus: deniq; librorum nomina, ex quibus singulae authorum sententiae depromptae sunt, diligenter ubiq; adnotauimus.* ADIECTA sunt & alia quaedam, ut sequente pagina indicatur (*ut in editione priore*). Accessit quoq; locupletiss. rerum ac uerborum toto Opere memorabilium Index. *BASILEAE. In libelli et castigationum fine:* SERIES CHARTARVM *α β* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz AA BB

CC DD EE FF GG HH II KK. Omnes terniones, praeter β & KK duerniones. — BASILEAE, EX OFFICINA IOANNIS OPORINI, sumptibus CHRISTOPHORI FROSCHOVERI, Anno Salutis humanae M. D. XLIX, Mense Augusto. —— 6 *ff.* contin. titulum, epistolam nuncupatoriam, et praefationes, et ex editione prima aliaque ad hanc secundam; 1 *f.*: Loca qvaedam tvm in graecis, tvm in latinis uel uitiata, uel mutila, sic restituęs; 2 *ff.* Index sermonum, graecę et latine; 1 *f.* Avtorvm nomina, qvorvm apophthegmata hoc libro continentur. 632 pp., male quidem num. 630, cum 94 et 95 iterati sint, quod Ebertus non vidit. 16 *ff.* contin. indicem et castigationes errorum typogr. De hac editione iudicat *Gaisfordius* haec, quae in sua praefatione Vol. I. p. xii publicavit. Sunt quidem: „Gesnerus, qui in Tigurina editione a. 1543 locos satis multos, praesertim Platonis Xenophontis et Plutarchi, secundum vulgatos libros eorum scriptorum postposita Trincavelli auctoritate exhibuerat, nactus postea ex Mendozae bibliotheca codicem multo auctiorem, Basileae 1549. novam recensionem dare instituit. Et profecto si bonis oblatis recte uti scivisset, nobis sane nihil reliquisset nisi forte perexiguum omissarum lectionum spicilegium. Non enim dubito Mendozae codicem (qui teste Iriartio Catal. Bibl. Matrit. p. 277. regis Hispaniae bibliothecae postea accessit) plane similem ei fuisse, quem A. voco, ita quidem ut alter ex altero fuerit descriptus. Sed ut ut hoc, negari nequit Gesnerum non modo vitia prioris editionis non sustulisse, sed novis etiam cumulasse, quando plurima absque ulla auctoritate interpolavit, neglectis interim permultis codicis sui egregiis lectionibus, et saepenumero resectis, quas ibidem repererat, integris sententiis."

1559, f. *ΚΕΡΑΣ ΑΜΑΛΘΕΙΑΣ. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΕΚΛΟΓΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΥΠΟΘΗΚΩΝ.* Ioannis Stobaei Sententiae ex thesauris Graecorum delectae, quarum authores circiter ducentos & quinquaginta citat: et in Sermones siue Locos cōmunes digestę, à Conrado Gesnero Doctore Medico Tigurino in Latinum sermonem traductae, sic ut Latina Graecis è regione respondeant. AD LECTOREM. EN *tibi candide Lector, Io. Stobaei Anthologiā exhibemus, planè aureum et incomparabile Opus, nempe totius Graeciae ac omnis humanae sapientiae ueluti speculum nitidissimum, siue theatrum potius, in quo uarias personas agunt, philosophi, poetae, oratores, historici, recēns integritati suae restitutum, quoad eius fieri potuit, aliquot mendorum milibus sublatis: idq; in prima editione, quam publicauimus anno Domini* 1543. *Deinde rursus in secunda, praeter innumeros locos ex uetustissimis codicibus manu scriptis emendatos, maximum quoque passim Sentētiarum auctarium, & integros Sermones aliquot adscripsimus: insuper librorum nomina, ex quibus singulae authorum sententiae depromptae sunt, diligenter ubiq; adnotauimus. Deniq; in hac* TERTIA EDITIONE *& menda quaedam, praesertim librariorum circa orthographiam sustulimus: & Elenchum authorum, qui quoties, ac ubi, toto Opere citētur, addidimus.* ADIECTA sunt & alia quaedam, ut sequente pagina indicatur (*ut in editione priore*). Accessit quoq; locupletiss. rerum ac verborum toto Opere memorabilium Index. *In fine:* TIGVRI APVD CHRISTOPHORVM FROSCH. Anno 1559. Mense Augusto. —— 12 *ff.* praefixa, 632 pp., et 15 *ff.* index. Quae huic editioni accedunt, iam titulus indicat. Bibl. acad. Lips.

1581, f. LOCI COMMUNES SACRI ET PROFANI SENTENTIARVM OMNIS GENERIS EX AVTHORIBVS GRAECIS PLVS QVAM TRECENTIS CONGESTARVM PER IOANNEM STOBAEUM ET veteres in Graecia monachos Antonium & Maximum: à Conrado Gesnero Tigurino Latinitate donati, & nunc primùm in vnvm volumen Graecis ac Latinis è regione positis coniuncti. *Adiecti sunt* Indices *Locorum communium duo, vnus iuxta ordinem quo se deinceps consequuntur: alter alphabeticus, ex quo etiam apparębit, si quando forte una de re aut simili in locis diversis agitur.* FRANCOFVRTI Ex officina Typographica Andreae Wecheli, *Impensis Roberti Cambieri.* M. D. LXXXI. *In fine:* FRANCOFVRTI Excudebat Andreas Wechelus, *Impensis Roberti Cambieri.* M. D. LXXXI. —— 10 *ff.* praefixa, 962 pp., 3 *ff.* Haec editio laborat molesta confusione Stobaei Excerptorum cum S. Maximi et Antonii Melissae Collectaneis, quo facto capitum numerus et ordo mutatus est. Bene tamen fecit editor, quod capita Stobaei distincta reliquit, neque, cum Maximi et Antonii insereret, inter se confudit. Bibl. acad. Lips.

1608, f. *ΚΕΡΑΣ ΑΜΑΛΘΑΙΑΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΕΚΛΟΓΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΥΠΟΘΗΚΩΝ.*

IOANNIS STOBAEI SENTENTIAE EX THESAVRIS GRAECORVM DELECTAE, QVARVM AVTHORES CIRCiter *ducentos & quinquaginta citat: & in Sermones siue Locos communes digestae, à Conrado Gesnero Doctore Medico Tigurino in Latinum sermonem traductae, sic vt Latina Graecis è regione respondeant.* ADIECTA SVNT ET ALIA QVAEDAM (*ut in editione a.* 1559), vt sequente pagina indicatur. ACCESSIT QVOQVE LOCVPLETISS. RERVM *ac verborum toto Opere memorabilium Index.* LVGDVNI, Sumptibus Pauli Frellon. M.DC.VIII. —— 12 *ff.* praefixa, 632 pp., 15 *ff.* index. Bibl. acad. Lips.

1797, 8 mai. Iohannis Stobaei Sermones e Mss. codicibus emendatos et auctos edidit Nicol. Schow. (Pars I. Sermo I — XXVII.) Lips., in libr. Weidmannia. MDCCXCVII. —— VI, 432 pp. 2 *Th.* 12 *Gr.* Editor novam recensionem ad codices a se collatos instituit, sed editionem neque absolvit, neque huic particulae, quae unica prodiit, atque semper manebit, subsidiis editoris absumptis incendio, quod editoris domum Hafniae a. 1794 vastavit, praefationem aliamve de sua editione notitiam praemisit. Quae de prioribus editionibus cogitavit, quotque ei ad manus fuerint codices manuscripti, docent ipsius monita, quae ex Addendis ad Chartam Papyraceam Musei Borgiani Romae publicatam a. 1788, nec non ex Epistola ad Heynium a. 1790 data iteranda curavit *Gaisfordius* in sua editione Vol. I. p. lvii sqq. Ex Nic. Schowii Addendis initium transscribo, quo agit is de editionibus. Est autem: „Editiones *Sermonum Stobaei*, ut eruditis notum est, ad duas classes referri possunt, *prima* nempe Stobaei sermones breviores, *altera* pleniores exhibet: in *prima classe* collocandae sunt ed. Veneta per Io. Fr. Trincavellum, MDXXXV. prima Basileensis, MDXLIII Ad *secundam classem* pertinent altera Basil. MDXLIX. Gesneriana Dilingae, MDLVI. Wecheliana Francofurti, MDLXXXI. repetita Aureliae Allobrogum, MDCIX. Haec editionum diversitas eandem quoque in MSS. differentiam arguit: dolendum autem est, majorem esse eorum codicum numerum, ex quibus primae editiones provenerunt, quam eorum, ex quibus recentiores adauctae sunt et locupletatae." ... De suae editionis ratione instituenda haec docet l. c. p. lviii: „Consultis codicibus, opus typis paratum erit; totum enim textum descriptum jam ac emendatum in scriniis meis adservo." Institutum autem hoc erit: omittam nempe in prosaicis, si viris doctis ita placuerit, fragmenta *Platonis, Xenophontis, Isocratis, Theophrasti, aliorumque auctorum editorum,* haec enim novae editionis onera sunt, nullumque verum criticum usum habent; iis tamen servatis, in quibus inter textum Stobaei eumque, qui alibi vulgatus est, magnum aliquod discrimen intercedere deprehenditur, inter quae inprimis Epicteti fragmenta refero. Nullam quoque versionem Latinam addam; haec enim editionem minus parabilem reddit, nullamque veram utilitatem praestat, nec viri solide eruditi, qui in historiam antiquae poeseos aut philosophiae Graecorum inquirunt, quibusque solis Jo. Stobaei chrestomathia utilis esse potest, ea indigere videntur; cui tamen defectui commodiori forsan ratione medebor. Solum igitur textum Graecum, cuius fundus est editio MDCIX., exhibebo, criticis rationibus emendati textus unicuique paginae subiectis. Calcem textus Graeci breves notae in fragmenta difficiliora sequentur. Addentur denique in fine operis indices auctorum et rerum: in indice auctorum Fabricii bibl. Graeca suppletur et corrigitur. In praefatione de auctore ejusque fontibus agitur, editionum quoque et codicum historia critica enarratur."

1822, 8 mai. *ΙΩΑΝΝΟΥ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΑΝΘΟΛΟΓΙΟΝ. Alius isque verus titulus est: ΙΩΑΝΝΟΥ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΑΝΘΟΛΟΓΙΟΝ.* JOANNIS STOBAEI FLORILEGIUM. Ad Manuscriptorum fidem emendavit et supplevit Thomas Gaisford, A. M. Graecae linguae professor regius. Oxonii, e typographeo Clarendoniano. MDCCCXXII. *IV Voll.* —— lxxix, 444 pp.; 1 *f.*, 503 pp.; 510 pp.; 1 *f.*, 399 pp. et: 80 pp.: Appendix ex cod. MS. Florentino parallelorum sacrorum Ioannis Damasceni. Volumini primo praemissa sunt haec: „Editoris praefatio; Conradi Gesneri Tigurini epistola nuncupatoria; eiusque praefatio in Ioannis Stobaei Collectanea eorumque conversionem; Hugonis Grotii prolegomena; Nic. Schowii specimen; atque Excerptum ex eiusdem Schowii epistola ad Heynium data; deinde ex Photii Bibl. cod. CLXVII. Tria volumina priora praeterea continent orationem sermonum graecam, subiectis notis, quarum maxima pars critica est. *Vol. IV.* habetur: Ioannis Stobaei Florilegium ad Eprimium filium sive Collectaneorum liber actis dicta et praecepta continens latino carmine redditus ab Hugone Grotio, p. 3—305; Indices, p. 309—395; Capita editionis Wechelianae, p. 396—399; Addenda ex edit. Froben., p. 400. Sequitur Appendix.

1823, 8. ΙΩΑΝΝΟΥ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΑΝΘΟΛΟΓΙΟΝ. IOANNIS STOBAEI FLORILEGIUM ad manuscriptorum fidem emendavit et supplevit Thomas Gaisford etc. Editio auctior. Lips., in bibliopolio Kuehniano. MDCCCXXIII. *IV Voll.* —— XCIV, 388 pp.; 1 *f.*, 442 pp.; 1 *f.*, 446 pp.; 1 *f.*, 440 pp., et quae haec editio Lips. plus habet p. 441 – 444: Ex Meinekii commentat. miscell. Fasc. 2., atque index in appendicem e ms. Florent. 10 *Th.*, ch. scr. 14 *Th.* Conf. ephem. litter. Halens. 1826. Supplem. no. 121. 122.

2) Eclogae.

1575, f. IOANNIS STOBAEI ECLOGARVM LIBRI DVO. Quorum prior Physicas, posterior Ethicas complectitur; nunc primùm Graecè editi; *Interprete Gulielmo Cantero.* Vnà & G. GEMISTI PLETHONIS DE REBVS PELOPONNES. ORATIONES DVAE, *Eodem Gulielmo Cantero interprete.* Accessit & alter eiusdem Plethonis libellus Graecus De virtutibus. EX BIBLIOTHECA C. V. I. SAMBVCI. ANTVERPIAE, Ex officina Christophori Plantini, Architypographi Regij. M.D.LXXV. *In fine f. ult. a infra censoris approbationem:* EXCVDEBAT ANTVERPIAE CHRISTOPH. PLANTINVS, ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS, SEXTO KALEND. IVNII, ANN. M.D. LXXV. *Eodem f. b privilegium Caesaris Maximiliani.* —— 6 *ff.* praefixa, 236 pp., et 1 *f.* De hac editione *Heeren* in sua praefatione Vol. I. p. XLVII sq. docet haec: „Superest, ut de *Canteri editione* nonnulla adiiciam; quae lucem primo vidit 1575 *Antverpiae in Plantini* officina; postea vero non verbis modo sed ipso quoque paginarum numero servato, repetita est *Aureliae Allobrogum* una cum *sermonum* libris ex edit. *Gesneri* 1609. Incidisse autem Canterum cum Stobaeum suum vulgaret in codicem deterioris recensionis, unde fieri debebat, ut editio sua non corrupta modo, sed multis quoque locis mutilata esset, et antea iam monui et res ipsa docet. Usus ille est libro ms. ex bibliotheca *Sambuci*, multis, ut ipse profitetur, mendis commaculato; Sambucus autem priusquam apographum suum ad Plantinum transmitteret, nactus est meliorem codicem ex bibliotheca Cardinalis *Sirleti*, (cuius nomini editio illa inscripta est), ex quo librum suum emendavit, atque nonnullis locis supplevit; ita vero suppletum ad Plantinum transmisit, in cuius officina ipse codex, cum typis expressus esset, periisse videtur; certe nihil amplius de eo constat. *Sirleti* vero ille codex qualis fuerit, aut quantum ad emendandum alterum suppeditaverit, plane incertum est. Suspicari quidem posses, codicem hunc esse ipsum nostrum Vaticanum, cum Sirletus bibliothecae illi praefectus fuerit, quo tamen si usus esset Sambucus, quomodo tot praeclaras lectiones non modo sed supplementa quoque quae ille exhibet negligere potuisset, nemo intelligit. Librum a Sambuco acceptum, Plantinus *Cantero* tradidit, ut et versionem latinam conficeret, et graeca ipsa accuratius recenseret. Qui quid in editione hac curanda fecerit, ipsis eius verbis ex *prolegomenis*, quae Stobaeo praefixit, explicabimus." — „Nonnihil, *inquit*, nobis hac in parte deberi, hinc dabitur colligere. Cum graecus Sambuci codex mendosissime descriptus esset, nec interpunctis ullis notatus, nos et errata omnia leviora per contextum sustulimus, relictis tamen iis, quae non uno modo corrigi poterant; et interpuncta suis locis apposuimus. Et quoniam Physicorum pars aliqua de Plutarchi libro περὶ τῶν ἀρεσκόντων a Stobaeo fere ad verbum desumta est, quae ex eius collatione potuerunt a nobis corrigi, Graeco codici suis locis adiunximus, siquidem nostras de gravioribus vitiis opiniones in alium locum, ut dicemus, reiecimus. Quemadmodum porro verba Plutarchi ipsa Stobaeus in suis retulit, sic etiam capitum titulos ab illo mutuatus cum esset, recte nos quae in ipsius codice fuerant omissa, de illo transscripsimus. Atque hic labor noster tametsi multis haud valde gravis fuisse videbitur, multo tamen fuit eo gravior, quem in interpretatione posuimus, quippe quam horis aliquot supervacuis ac minus utilibus intra paucos menses confecerimus. Etenim cum in Christophori Plantini gratiam, viri de nobis optime meriti, potissimum hanc operam sumserimus, non ultra CXXXXVI horas, si res ad calculum vocetur, in eam impensas affirmare ausim. Quod quanquam ita sit nihilominus haud fortasse temere cum Cratino dixerimus, τοῖς ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι, non quidem ποιηταῖς, ut ille, sed ἑρμηνευταῖς. Nam quod locorum haud leviter corruptorum ultra CCXXX emendationes in margines retulimus, id a nobis magni non fit, quibus iampridem longae lectionis usu quodam modo est insitum vel prave scripta recte citra industriam legere, vel quae aliis nonnunquam ad restituendum videntur difficillima, primo intuitu emendare. Quibus quidem locis aliqua deerant, vel haec, quando sensum poteramus assequi, in Latinis expressimus, vel illa prorsus intacta, ne caeci caecis vide-

remur praeire velle, omisimus. Quod etiam aliquot loca suis auctoribus, quos Graecus codex desiderabat, in iisdem marginibus reddiderimus, id, vel memoriae subsidio in extantibus, vel styli consideratione in aliis haud difficulter sumus consecuti. Neque vitio nobis dari debet, quod in iis fragmentis, quorum integri libri iampridem extant conuersi, aliorum interpretationes nostrae voluimus inserere, ut in Platonicis Mars. Ficini, in Epicteteis et Arrianicis Hieron. Wolfii; in aliis aliorum in marginibus nominatorum, siquidem id Conr. Gesneri exemplo, qui posteriorem partem olim convertit, factum a nobis est, posteaquam illius factum a plerisque probari intelleximus. Quod si quis omnino negligentiam hac in re nostram volet incusare, vel eo sibi patiatur satisfieri, quod magnum versuum numerum, quem alius oratione soluta vertisset, totum nos carmine fortassis non inepto transtulimus. Si tamen verum est fatendum, non negabo me, si aliorum interpretationes illorum fragmentorum ante considerassem, quum meam abiecissem, propemodum consilium meum fuisse mutaturum. Denique si ne sic quidem severi quidam exactores sibi satisfieri patientur, saltem hoc illorum cupiditatem restinguat, quod Philosophorum illustrium seriem a primis ducibus ad nostra usque tempora deductam ex Diogene Laertio et aliis aliquot scriptoribus non levi studio in Tabulam congessimus. Cum enim prior Stobaei liber variorum Philosophorum dogmata sparsim in unum componeret, ad eorum sanum intellectum haud parum momenti eam tabulam, quae singulorum Philosophorum antiquitatem et sectas declararet, allaturum putavi. Quoniam denique quae de ipso opere primum, deinde de nostra in Graecum codicem collata opera, tum de interpretatione nostra initio dicere statueram, satis hactenus explicata videntur, verbum non amplius addam, ut ait Poëta. Nam de usu libri totius, qui permagnus est, supervacuum puto sermonem fore." — Ex ipsis hisce Canteri verbis de editione sua iudicium ferri poterit. Menda, quae sustulit, vix alia esse potuerunt quam aperta scriptionis vitia; reliquit enim omnia quae incerta essent, coniecturis suis interdum margini adspersis, quae ut fieri solet, librorum Mss. auctoritate mox confirmantur mox reiiciuntur. Paucas quoque lectiones ex cod. Farnesino ab eo afferri, supra iam monui, quae tamen quomodo ad eum pervenerint, et quis ille codex fuerit, amplius non indicatur. Quod capitum distinctiones et inscriptiones secundum Plutarchi opus mutaverit, nemo facile probabit, tollitur enim eo ordo ab ipso scriptore institus, quem ex libris Mss. revocavimus. Omnino vero Canteri laudes, quidquid ipse glorietur, magis in versione adornanda, quam in contextu Stobaei recensendo et emendando ponendas esse, quilibet facile videbit, qui editionem eius vel leviter inspexerit." Ex praefatione *Heerenii*, parti II tomi prioris p. IX. praemissa, adiungam haec: „Eclogae Physicae, quam corrupte in Canteri editione exhibitae essent, satis constat ex nostra editione; ad Ethicas vero quod attinet, tantum abest, ut meliori sorte usae fuerint, ut pluribus potius mendis quam illae scateant. Vix enim, non dico paginam, sed lineam inveneris, quae librariorum socordiam non experta fuerit. Negligentissimi vero fuerunt maxime partim in exhibendis vocum terminationibus, partim in voculis monosyllabis et particulis, quibus nexus sermonis efficitur, inprimis ubi ob praecedens forte homoioteleuton ab iis aberraret oculus."

1609, f. IOANNIS STOBAEI ECLOGARVM LIBRI DVO: QVORVM PRIOR PHYSICAS, POSTERIOR ETHICAS COMPLECTITVR; GRAECE EDITI; *Interprete Gulielmo Cantero.* EX BIBLIOTHECA C. V. I. SAMBVCI. *GENEVAE.* PRO FRANCISCO FABRO. *M. DCIX.* — 6 *ff.* praefixa, 207 pp. Bibl. acad. Lips.

1792—1801, 8 mai. Ioannis Stobaei Eclogarum physicarum et ethicarum libri duo. Ad Codd. Mss. fidem suppleti et castigati, annotatione et versione latina instructi ab Arn. Herm. Ludov. Heeren. Gottingae, apud Vandenhoek et Ruprecht MDCCXCII. MDCCLXCIV (?), MDCCCI. *II Partt. in IV Tomis.* — LII, 503; 2 *ff.* praefixa, p. 505—1116; XII, 465 pp.; 242 pp. et 43 *ff.*: Indices. 4 *Th.* 6 *Gr.*, ch. scr. 5 *Th.* 12 *Gr.* Primum locum partis I. tomi prioris obtinet editoris praefatio, in qua agit de via atque ratione quam in editione paranda sequutus est. Sequitur: Notitia codd. mss. et editionis Canteri eclogarum Ioannis Stobaei. Deinde exhibetur oratio eclogarum graeca, cum e regione versio latina legitur, subiectis notis, in quibus nodi et critice et exegetice expediuntur. In praefatione partis I. tomi alterius agit editor de cod. Eclogarum Vossiano, et de Eclogarum supplementis ex cod. Esc. ab Andr. Schotto descriptis. Ceterum habent hi duo tomi integras Eclogas physicas. In praefatione, quae parti secundae tomi prioris praefixa est, editor inter alia commemorat etiam Argumentum Ioannis Stobaei Eclogarum ethicarum

rum, atque curas ipsius criticas, quae sibi in textu, qui dicitur, constituendo extiterunt, quia Canteri earum editio vitiis admodum depravata est. Deinde breviter indicat, quae alterum volumen partis secundae continet, atque haec sunt: Lectiones variantes omnes (p. 3—132) ex quatuor codd. Vaticano, Augustano, Escurialensi et Parisiensi, cum Canteri editione collatis, „omissis tamen, *ut editoris verbis utar*, supplementis quae continent, quippe quae in ipso iam contextu suis quaeque locis a me inserta sunt. Subiuncta est hisce *commentatio de Fontibus Eclogarum Ioannis Stobaei* (p. 133—220), in qua et de auctore et consilio Eclogarum egi, et recensum scriptorum in iis laudatorum exhibui. Excipit autem hanc viri clarissimi *Friderici Jacobs*. ... in Stobaei Eclogas *epistola* ad me data *critica* (p. 221—240), ... (*Sequuntur*, *p*. 241—242: *Addenda et Corrigenda*). Subiuncti autem denique sunt *Indices*, quibus lectorum commodis subvenire potui, omnis generis, ut quidquid quaeras facili iam opera investigaveris.“ Indices sunt hi: I. Index capitum nostrae editionis. II. Recensus capitum nostrae ed. cum Canteriana comparatus. III. Index auctorum, quorum loca servavit Stobaeus. IV. Index graecitatis, voces tum rariores tum philosophico maxime sermoni proprias exhibens. V. Index nominum et rerum plenissimus. In contextu omisit editor frequentissima ex Platonis scriptis excerpta; „attamen (editoris praefatio Vol. I. P. I. p. XXIII), ne quid in Eclogas suas recipere voluerit Stobaeus, ignorarent lectores, primis et ultimis verbis cuiusvis loci appositis, paginaque ubi in editis leguntur in notis adiecta, indicanda ea putavi, quod passim quoque eodem iam modo fecerat Canterus. Reliqua vero omnia plena ac integra a me exhibita sunt.“ De versione autem latina, quam recepit, docet l. c. p. XXV sq, haec: „Habemus Canteri interpretationem latinam, quam ille editioni suae subiunxit; festinanti quidem calamo factam, (quod ipse profitetur Canterus), ceterum auctore suo non indignam. Prorsus itaque eam reiicere nolui, etsi post mutationes, quas ipse contextus subiit, multa in ea emendanda fuerunt. Totam enim eam retractavi, cum contextu a me constituto comparavi, ceterum autem res meas ita institui, ut de sensu magis quam de verbis anxie reddendis sollicitus essem. Omnio enim ut commentarii instar scriptori esset, atque in dictis obscurioribus interpretationis vicem subiret, propositum mihi habui. In dictis poëtarum plerumque retinui Canteri versionem, interea tamen, maxime ubi ea metrica ratione destituta esset, recepi illam Grotii. Quod denique ad ea loca attinet, quae et apud Canterum et Grotium desiderantur, ipse ea, versibus plerumque iambicis, vel puris vel impuris, exprimere studui. Versio praeterea *hymni Cleanthis* p. 30 debetur *Jac. Duporto*, quam et *Brunckius* V. Cl. *Gnomicorum* editioni inseruit; altera vero *hymni Orphici* pag. 40. ex *Eusebii praepar. Evangel.* ed. *Vigeri* petita est.“ Ad orationem graecam emendandam usus est editor quinque codicibus.

Cc) *Delectus*.

1515, 4. SENARII graecanici quingenti et eo amplius versi, singuli moralem quandam sententiam aut typum prouerbialem prae se ferentes, Ottmaro Nachtgall Argentino metaphraste. Io. Knoblouch notis aereis excepit Argentinae MDXV. —— 26 *ff*. Sententiae, quas hic liber continet, sunt ex Ioannis Stobaei collectione desumptae.

1532, 4. *ΓΝΩΜΑΙ ἐκ διαφορων ποιητων φιλοσοφων τε και ῥητορων συλλεγεισαι κατα στοιχειον συντεταγμεναι.* —— Cum Callimacho. *V*. ib. I. Aa) *β*). *Gaisfordius* in sua praefatione p. xii. not. f) de hac collectione adnotat haec: „Quantum ex collationibus meis judicare possum, haec collectio in multis persimilis est Vossiano Stobaei mato et Arseniano Moscuensi.“

1557, 8 mai. *ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΑ ΕΛΛΗΝΙΚΟΛΑΤΙΝΗ*, *Ἐκ ἰωαννȣ τȣ ςωβαιȣ ἐκλογων παραινετικων συγκομισθεισα*. GNOMOLOGIA GRAECOLATINA: *Hoc est*: Insigniores & uetustiores Sententiae Philosophorum, Poetarum, Oratorum & Historicorũ, ex magno Anthologio IOANNIS STOBAEI excerptae, & in Locos supra bis centum digestae. *Accessit praeterea Ονειρος*, *uel Αλεκτρυων*, *id est*, *Somnium*, *uel Gallus*, *Dialogus Luciani*, *lectu iucundissimus*: *in quo deliria Pythagorica de Animarum migrationibus in uaria corpora exagitantur*: *& quòd pauperum & mediocrium uita hominum cõditio sit optima & tranquillissima, ostenditur*: *Graecè & Latinè*. *Adiecto etiam Commentariolo, in quo loci difficiliores explicantur*. Per MICHAELEM NEANDRVM Sorauiensem. BASILEAE. —— Pag. 3—19 exhibetur epistola dedicatoria inscr.: AMPLISSIMIS ATQVE SAPIENTISSIMIS VIRIS D. CONSVLIBVS ET *Senatoribus in inclyta Generosissimorum Comitum à Mansfeld*, &c. *Islebia*, *suis do-*

minis atq; patronis colendissimis S. D., quae est signata: 28 Martij Anno M.D.LVII. V. Praestant. addictiss. Michaël Neander Soraviensis. Pag. 20—25 legitur epistola graece scripta, et inscr.: OPTIMO AC DOCTISS. VIRO D. IOANNI OPORINO, TYPOGRAPHO CELEBRI IN INCLITA BASILAEA, SVO DOMINO ET AMICO MICHAEL NEANDER SORAVIENSIS *εὖ πράττειν*. Pag. 26—28 leguntur duo poemata latina de gnomologia Neandri, quorum alterum est Nathanaelis Mylii, alterum autem Ioannis Mylii; pag. 29 habetur in eandem gnomologiam poema graecum; pag. 30 locus ex Isocratis oratione ad Demonicum, graece et latine. Sequitur 1 vac. *f*. Singulari titulo hoc: *ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΑ ΕΛΛΗΝΙΚΟΛΑΤΙΝΗ, ἐκ Ἰωαννου του Στωβαιου*. SENTENTIAE GRAECOLATINAE EX IOANNE STOBAEO., qui est pag. 1, incipit gnomologia ipsa, graece et latine. In margine orationis graecae sunt notae adscriptae; in latinae autem versionis sunt eorum auctorum nomina adnotata, ex quorum scriptis fragmenta excerpta sunt. Gnomologia explicit pag. 309. 3 *ff*. exhibetur: Index locorvm, vbi primus numerus locum, secundus paginam indicat. Iterum sequitur pag. 1 singularis titulus hic: „*ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΟΝΕΙΡΟΣ Η ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ ἑλληνιςι και ῥωμαιςι, συν ἐξηγησει των χαλεπων*. LVCIANI SAMOSATENSIS SOMNIVM SEV GALLVS, DIALOGVS IVCVNDISSIMVS, In quo deliria Scholae Pythagoricae de Metempsychosi, hoc est de animae ex alio corpore in aliud trāsmigratione exagitātur, & praeterea quòd pauperum & mediocrium in uita hominum conditio sit optima & tranquillissima, multis ostenditur. Graecè & Latinè è regione, cum Commentariolo in locos obscuriores & difficiliores. MICHAELIS NEANDRI SORAVIENSIS.“ Liber Luciani legitur p. 2—73. In infima pagina leguntur notae. Pag. 74 sq. est: *Ξενοφανόυς περι μετεμψυχωσεως Πυθαγορου;* deinde p. 76—78: Vita Pythagorae, latine, cum notis. Sequitur 1 *f*. cum hac notitia: BASILEAE, EX OFFICINA IACOBI PARCI, SVMTIBVS IOANNIS OPORINI, ANNO M. D. LVII. MENSE AVGVSTO. — Chartarum series. ab, AA BB CC DD EE FF, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V, Aa Bb Cc Dd Ee. — *Tot folia, quot signaturae, nisi quòd* FF. *coniuncta cum* V, *debet disiungi*. Iterum novo paginarum ordine pag. 1 incipit: „BREVIS ET VTILIS COMMENTATIVNCVLA DE AVTORIBVS, QVORVM TESTIMONIA HAC IN GNOMOLOGIA CITANTVR, SECVNDVM ORDINEM LITERARVM ALPHABETI“, et explicit pag. 83 (*sign*. FF 2). Haec pars continet disputationem de fontibus Ioannis Stobaei, sive de iis scriptis, ex quibus sua Excerpta desumpsit. — Ex epistola dedicatoria p. 10 huc transscribo locum hunc: „Id opus eximium & incomparabile post ipsum Stobaeum totum debemus clarissimo & longe doctissimo uiro D. dño Conrado Gesnero, medico Tigurino praestantissimo, linguarumq; & artium honestarum cognitione excellenti, ac rerum infinita praedito, polyhistori sapientissimo, & de bonis studijs praeclarissime & longè optimè merito. Is enim primus sublatis multis mendarum millibus, eum authorē graecolatinum, suo labore & studio, cū bonis omnibus communicauit, & notiorem multis quoq; fecit: cū antea ex aeditione Veneta, sine uersione, corruptissimus, apud paucos tātum aliquot sine usu communi, paucissimis quoquè notus, ut claudus quidam sutor in lucem nunquam prodiens delitesceret.“

1593, — 1670, 8. E Nicolao Damasceno Excerpta de moribus gentium, per Ioannem Stobaeum collecta, graece cum latina versione Nic. Cragii. — In *Nicolai Cragii* de Republica Lacedaemoniorum. Genev. 1593, 8; *rep*. Lugd. Bat. 1670, 8. et in *Gronovii* Thesauro Antiq. Graec. T. VI.

1623, 4. DICTA POETARVM QVAE APVD IO. STOBAEUM EXSTANT. Emendata et latino carmine reddita ab Hugone Grotio. *Accesserunt Plutarchi & Basilii Magni de usu Graecorum Poetarum libelli*. PARISIIS, Apud Nicolavm Bvon, in via Iacobaea, sub signis S. Claudij & Hominis Siluestris, M. DC. XXIII. Cvm privilegio regis. — 20 *ff*. praefixa; p. 1—77: Plutarchi Chaeron, liber quomodo iuveni audienda sint poemata, graece et latine Hugone Grotio interprete; p. 78 sq.: Hugonis Grotii notae; p. 80—111: Basilii M. oratio ad iuvenes, graece et latine; p. 111: notae; p. 112 sq.: Capita Stobaei; p. 114—517: Ioannis Stobaei florilegium, graece et latine; p. 518—564: Hugonis Grotii notae. Textum graecum Hugo Grotius emendavit ad codices mstos Paris., atque ex coniectura. Versio latina iure maximi habetur. Bibl. acad. Lips.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1617, 8 (4?). Apophthegmata ex variis auctoribus per Joannem Stobaeum

collecta Varino Camerte interprete. — Romae impressum per Jacobum Mazochium anno M.D.XVII. die XXVII. Mensis Novembris. — Ex epistola *Nic. Schowii*, quae est in prolegomenis Gaisfordii Vol. I. p. lxiv., de hoc libro adnoto haec: „Sententiae ... ad sensum nec ad verba redditae sunt, multumque abbreviatae, quamplurimi etiam articuli omissi sunt, rerumque ordo multis in locis mutatus est.“ Liber rarissime occurrit.

1530, 8. Nobiles aliquot et ad Vitam recte instituendam conducentes Sententiae, ex Stobaeo a Varino Camerte versae et in locos communes redactae. Coloniae excudebat Ioan. Gymnicus. MDXXX. —— Repetitio antecedentis editionis est, neglectae ab *Eberto* atque, qui eum secutus est, *Schweigero*.

B. germanicarum.

Aa) *Integer liber sermonum.*

1550—1551, f. Joannis Stobei Scharpffsinniger Sprüche aus den schrifften der aller vernünfftigsten, eltisten, hochgelerten Griechen, inn der zale, ob zwaihundert vnnd fünfftzig zusammen getragen. Ain übertreffenlich, alle menschliche tugendt vnd vernunfft innhaltend, Buch. — Durch Georgen Frölich, genant Letus, von der Lömnitz, erstmals auss Latinischer, inn Teütsche sprache gebracht, im Jare der geburt Christi, M. D. L. — Mit ainer vorrede, den wege zum verstandt, vnd nutzbarkeit dises herrlichen Buchs, Klärlich zaigende. — Jn teütscher sprach nie kam an tag, Was dises Buchs innhalt vermag. *In fine*: Gedruckt zu Basel, by Johann Herbst, genannt Oporino, als man zalt nach der geburt vnsers herren vnd seligmachers Jesu Christi, Tusend, fünffhundert, fünfftzig vnd ein Jar. —— cccclxvj pp., cum *sign.* et *cust.* *F. 1 b* legitur: Jnhalt dieses Buchs. 1. Joannis Stobei Spruchredē, von allen vernünftigen sachen. 2. Ain gespräche Cyri Theodori, vom ellend der freündtschafft. 3. Ain büchle von gerechten, dem Platoni zugeschriben. — Ain andres, eben demselben zugemessen: ob die tugendt möge geleert, vnd eingebildet werden. — Gleich wie das honig auss den plomen, Sind dise Sprüch zusamen komen. *F. 2 a* legitur interpretis epistola dedicatoria, quam sequuntur praefatio atque index. Versio ipsa facta est ad versionem Conradi Gesneri latinam, atque admodum dura est et ab sermonis germanici indole valde abhorret.

Bb) *Delectus.*

1739, 8. Johann Jacob Bruckers Versuch einer deutschen Uebersetzung von Johannis Stobaei Sammlung auserlesener zur Naturlehre gehörigen Lehrstücke. —— *V.* Kritische Beiträge. P. XXII. p. 176 — 197. Haec versio accurate atque bene composita est.

C. gallicarum.

1664, 4. Les Apophtegmes des Anciens, tirez de Plutarque, de Diogene Laerce, d'Elien, d'Athenee, de Stobee, de Macrobe, et de quelques autres, et les Stratagemes de Frontin, de la Traduction de Nic. Perrot, Sieur d'Ablancourt. à Paris, chez Louis Billaine. MDCLXIV.

III. *Illustrantia Ioannem Stobaeum scripta.*

( ) Observata ad Eclogas Physicas et Ethicas Stobaei. —— In Miscellaneis Observationibus. Vol. VII. T. II. p. 181—196.

Ch. A. *Bering*: Remarques critiques sur quelques passages de l'Anthologie de Stobée. Bruxelles, M. Hagez, imprimeur de l'Academie. 1833, 8 mai. —— 23 pp. Libelli auctor aliquot Ioannis Stobaei Anthologiae locos critice atque exegetice tractat, exhibens varias adhuc non notas lectiones codicis Bruxellensis. Conf. Annal. Heidelberg. 1833. fasc. X. p. 1040.

F. *Jacobs*: Emendationes in Stobaeum. —— *V.* eius Animadversiones in Euripidis Tragoedias (Gothae 1790, 8) p. 209 sqq.

— —: Lectiones Stobenses ad novissimam Florilegii editionem congestae. Praefixa est Epistola ad Augustum Meineckium, Virum Clarissimum. Jenae, Frommann. MDCCCXXVII. 8 mai. —— XXIV, 160 pp. 20 *Gr.* Editor ipse in epistolae fine de suo opere dicit: „haud paucas margini Stobaei Gesneriani allegeram cum aliorum observationes, a recentissimo editore demum prolatas, tum etiam meas qualescunque coniecturas, repetita lectione enatas, quas utrasque si ei tamquam supplementum adiecissem, praestantissimo operi aliquid utilitatis accessurum esse existimabam.“ Conf. *Iani Bakii* Bibliothecam crit. novam. Vol. IV. (Lugd. Bat. 1828) p. 103 — 143.

Conr. *Rittershusii* aliusque Emendationes atque Coniecturas, margini editio-

nis III. Gesnérianae adscriptas edidit I. Thph. Harlesius. —— In eius Opusculis varii argumenti. (Hal. Sax. 1773, 8 mai.) p. 181 sqq.

Th. *Taylor*: Remarks on a Passage in Stobaeus. —— *V.* Classical Journal. no. XXXIV. p. 455 sq.

S T R A B O.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 1 sqq.; *ed. n.* T. IV. p. 558 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Liber integer.*

1516, f. ΣΤΡΑΒΩΝ ΠΕΡΙ ΓΕΩΓΡΑΦΙΑΣ STRABO DE SITV ORBIS. *Infra Aldi insigne typogr. inscr.* ALDVS || M. R. *F. ult.* *a*: αα bβ cγ dδ eε fζ gη hϑ iι kκ lλ mμ nν oξ pο qπ rρ ſς tτ, uυ xφ yχ zψ. —. Omnes sunt quaterniones. — VENETIIS IN AEDIBVS ALDI, ET ANDREAE SOCERI MENSE NOVEMBRI M. D. XVI. —— *F.* 1*a* est titulus; 12*ff.*: Πιναξ; *f.* 14*a* sunt Errata, praemissa notitia haec: *Emendauimus. quae corruperunt librarij, homines, consilij praecipites. quis posset unquam uitare hanc cõem tempestatem, ac calamitatẽ librorũ? Si qua praeterita sunt, erunt huiusmodi, quae tu ipse animaduertes. quare aequũ est te cognoscere, atq; ignoscere. Vale.* *F.* 14*b* legitur Epistola inscr.: „*Benedictus Tyrrhenus Alberto Pio Carporum Principi.* S. P. D.“ Textus, nitide in splendida satisque crassa charta typis descriptus, implet 366 pp., quorum ultima male 348 est signata. *F. ult.* habet subscriptionem modo indicatam. Ceterum haec editio ex corrupto codice a typographis negligentibus descripta est. *Renouardus* in suis: Annales de l'imprimerie des Aldes, T. I. p. 184 signavit eundem codicem, qui nunc in bibl. regia Paris. adservatur, numero 1395, sed *Friedemannus* in *Siebenkeesii* editione T. VII. p. XXXII. not. **) de eodem codice *Villebrunii* refert verba haec: „Consului etiam cod. in fol. No. 1398. — Excerpta primum exhibet ex ipsomet textu Strabonis, quae modo textum integrum, modo contractum, aut pluribus omissis referunt; genuinas lectiones passim hinc collegi, dein libros integros XI. XII. XIII. contuli, nec sine fructu. Mirum sane, quod nec *Aldus* (cum ad Asulanum pertinuerit hic cod.), neque *Casaubonus* quidquam de his dixerit Excerptis, quae longe alia sunt, atque ea, quae ad finem Edit. Almelov. conspiciuntur.“ Bibl. acad. et sen. Lips.

1549, f. *ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΑΣ ΒΙΒΛΙΑ ΙΖ.* STRABONIS DE SITV ORBIS LIBRI XVII. Greçe & latine simul iam, in eorum qui pariter & Geographiae et utriusq; linguae studiosi sunt, gratiam editi: olim quidem, ut putatur, à GVARINO Veronensi, & Gregorio Trifernate in latinum conuersi: ac deinde CONRADI Heresbachij opera ad eius generis autorum fidem recogniti: nunc uerò postremùm, eruditorum aliquot industria ac studio, quorum in Praefatione fit mentio, ab innumeris, quibus aequè & Graecum exemplar & Latina translatio scatebant, mendis repurgati. ACCESSIT RERVM ET VERBORVM *memorabilium locuplediss. Index*. BASILEAE, PER HENRICHVM PEtri, An. M. D. XLIX. Mense Augusto. *In fine*: SERIES CHARTARVM. * AA BB a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z aA bB cC dD eE fF gG hH iI kK lL mM nN oO pP qQ rR sS tT uV xX. Omnes terniones, praeter * & xX duerniones. — BASILEAE, PER HENRICVM PETRI, Anno Salutis humanae M. D. XLIX. Mense Augusto. *F. seq. et ult. b insigne typ. ed.* —— 1 *f.* titulus, 2 *ff.* epistola inscr.: Aegidio Tschudo Claronensi, viro apud Helvetios Consulari clarissimo, Praetori Aquensi integerrimo, Marcus Hopperus Basiliensis S. P. D. *F.* 4 *vacat*; 12 *ff.*: INDEX IN STRABONIS GEOGRAPHIAE LIBROS. 797 pp. Ex praefatione ipsa haec transcribo: „Venio nũc ad editionem hanc, in qua quid praestitum sit, paucis referam. Adeo corruptus fuisse archetypus fertur (de Latino loquor) ut postquam suam ei castigando restituendoq; operam contulissent uiri undiquaq; doctissimi, prior quidem D. CONRADVS Heresbachius, sequenti uerò edititioni D. HIERON. GEMVSAEVS, adhuc tamẽ errores non certè leues deprehensi sint: quod non uirorũ horũ alicui oscitantiae, sed Greco fortassis exemplari corrupto imputandũ est, quod etiam queritur in sua prefatione Heresbachius. Eorum errorum aliquot ultra certum restituit Doctissimus uir et optimè de literis meritus, HENRICH. GLAREANVS, affinitate tibi iunctus, qui nobis ad illius codicis pro suo cãdore copiã benignè fecit. Emendauit quoq: nõ paucos eruditione uir clarus, IO. HARTONGVS, Grecarum literarũ callentissimus. Graecum exemplar, quod ex Aldi officina prodiit, locis aliquibus ualde corruptum, ego obiter

recognoui: errata, quae deprehēdere in eo potui, castigaui: quod tamē omnia deprehenderim, aut aduertere potuerim, non sum dicere ausus. Ea enim est humana imbecillitas, ut licet quis sit oculatissimus & acutissimus, multa tamē eum praeterfugiant." Bibl. sen. Lips.

1571, f. *ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΟΙ ΈΠΤΑ ΚΑΙ ΔΕΚΑ.* STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBRI SEPTEMDECIM. A GUILIELMO XYLANDRO AVGVSTANO MAGNA CVRA RECOGNITI, AC MENDIS, quae adhuc inhaeserant innumeris maiore ex parte fideliter ac laboriose sublatis, sibi restituti. IIDEM AB EODEM XYLANDRO IN SERMOnem Latinum summa fide & accuratione deintegro transscripti. ADIECTAE SVNT EJUSDEM ANNOTATIUNCULAE non poenitendae: uersionis etiam & correctionis rationem (ubi uidebatur opus) explicantes. ACCESSERVNT INVENTARIA LOCVPLETISSIMA *rerum & verborum memorabilium: atq; scriptorum, quorum sententias allegat Strabo.* Cum Caes. Maiest. Grat. & Priuil. BASILEAE, EX OFFICINA HENRICPETRINA. *In fine:* Basileae, ex officina Henricpetrina, anno salutis hvmanae CIↃIↃLXXI. Mense Augusto. *Sequitur 1 f. cum insigni typ.* — 6 *ff.* praefixa, 52 *ff.* Indices, 977 pp., et 1 *f.* Haec editio, quae novam Xylandri versionem latinam, atque tabulas geographicas Mercatoris, sed ligno male incisas, continet, priore aliquibus locis emendatior est.

1587, f. *ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΟΙ ιζ.* STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBRI XVII. ISAACVS CASAVBONVS recensuit, summoque studio & diligentia, ope etiam veterum codicum, emendauit, ac COMMENTARIIS illustrauit. *Accessit & Tabula Orbis totius descriptionem complectens.* Adiecta est etiam Guilielmi XYLANDRI Augustani Latina versio, cum necessariis Indicibus. EXCVDEBAT EVSTATHIVS VIGNON ATREBAT. M. D. LXXXVII. *Singulari titulo adiungitur:* ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES AD LIB. STRABONIS GEOGRAPH. XVII. EXCVDEBAT EVSTATHIVS VIGNON ATREBAT. M. D. LXXXVII. — 4 *ff.* praefixa, et una tabula geographica totius terrarum orbis. 580 pp. oratio graeca et versio latina; p. 581—620: In Strabonis geographiae libros XVII. rerum et verborum notatu digniorum Index. 2 *ff.* titulus et dissertatio de Strabone et eius scriptis; 2 *ff.* indices; 223 pp. Haec editio habet novam recensionem, factam ad quatuor codices mstos atque ex coniectura. Commentarius Casauboni magni habetur. Xylandri autem versio latina immutata est. Bibl. sen. Lips.

1620, f. STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBRI XVII. ISAACVS CASAVBONVS recensuit, summoque studio & diligentia, ope etiam veterum codicum, emendauit, ac Commentariis illustrauit, & secundis curis cumulatè exornauit, quae nunc primum prodeunt. *Adiuncta est etiam Gulielmi Xylandri Augustani Latina versio ab eodem Casaubono recognita.* Accessere Fed. Morelli Professorum Reg. Decani, in eundem Geographum Obseruatiunculae. *Additus est rerum insigniorum & notatu digniorum locuples* Index, *accuratus & necessarius, tum Geographicus quàm Historicus: nec non alius ad* Isaaci Casavboni *commentarios.* Lutetiae Parisiorum, Typis Regiis. M. DCXX. *Cum privilegio regis Christianissimi.* — 6 *ff.* praefixa, 843 pp.; 2 *ff.* praefixa, 282 pp., 1 vac. *f.*, 56 *ff.* indices. Haec editio omnia, quae antecedens continet, sed auctior emendatiorque est, atque diligenter typis descripta est. Bibl. acad. et sen. Lips.

1707, f. *ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ιζ.* STRABONIS RERUM GEOGRAPHICARUM LIBRI XVII. Accedunt huic editioni ad Casaubonianam III. (? II.) expressae, Notae integrae G. Xylandri, Is. Casauboni, F. Morelli, Jac. Palmerii, Selectae vero ex scriptis P. Merulae, J. Meursii, Ph. Cluverii, L. Holstenii, Cl. Salmasii, S. Bocharti, Is. Vossii, E. Spanhemii, Ch. Cellarii, Aliorumque. Subjiciuntur Chrestomathiae, Graec. & Lat. (*Edente Th. Jans. ab Almeloven.*) Amstelodami, apud Io. Wolters. MDCCVII. *II Voll.* — 22 *ff.* praefixa, 1329 pp., 48 *ff.* indices, in quorum fine legitur: Harderovici, Excudit Petrus Sas, Academiae Ducatùs Gelriae & Comitatùs Zutphaniae Typographus Ord. CIↃIↃCCVII., et 1 *f.*: Errata. Omnia fere, quae usque ad hoc tempus ad illustrandum Strabonem prolata fuerant, collegit editor atque composuit, sed praeterea nihil novi addidit. Attamen haec editio nitida etiam hodie magni habetur. Bibl. sen. et acad. Lips.

1763, 4. Strabonis rerum geographicarum libri XVII. ad fidem mstorum emendati, cum latina Xylandri interpretatione recognita, adnotationibus et indicibus. (*Cura Oudard de Brequigny.*) Tom. I. Paris. —— Hic tomus primus priores tantum tres libros continet, ex codice msto Paris. expressos.

1796—1818, 8 mai. Strabonis rerum geographicarum libri XVII. Graeca ad optimos codices manuscriptos recensuit, varietate lectionis adnotationibusque illustravit, Xylandri versionem emendavit Ioannes Philippus Siebenkees Professor Altorfinus. (*Vol. II.*) Inde a Septimo libro continuavit Carolus Henricus Tzschucke A. M. Scholae regiae Misnensis Rector et Professor primus, Soc. lat. Jenens. socius. (*Vol. VII.*) Inde a tomo septimo curavit Frid. Traug. Friedemann, Phil. D. AA. LL. M. Lyc. Wittenberg. Conrector, soc. lat. duc. Jenens. sod. hon. Lipsiae, in libr. Weidmannia. *VII Voll.* —— Ch. scr. 23 *Th.* 6 *Gr.*, ch. holl. 36 *Th.* 20 *Gr.* Sex priora volumina continent orationem graecam cum versione latina variisque lectionibus. Volumen VII. est primum commentariorum in tres libros priores, quod *Friedemannus* curavit, qui priorum interpretum notas partim integras (Casauboni, Tyrwhitti) partim selectas suisque additis composuit. *Casauboni* commentarios ex *Almelovenii* editione ita repetiit, ut eos Casauboniana secunda comparata, nunc correxerit nunc auxerit. Deinde locos scriptorum, quos Casaubonus obiter tantum ex saeculi more adduxit, librorum capitumve vel versuum addito numero notavit diligentissime, atque addenda ex Almelovenii editione suis locis inseruit.

1807, f. mai. Strabonis Rerum Geographicarum libri XVII, cum variorum, praecipue Casauboni, animadversiones juxta editionem Amstelodamensem, Codicum MSS. Collationem, Annotationes et Tabulas Geographicas adjecit Thom. Falconer, olim e collegio Aenei Nasi, Oxon. Subjiciuntur Chrestomathiae, graece et latine. Oxon., e typogr. Clarendoniana. MDCCCVII. *II Voll.* —— 22, VIII, 1333 pp. 5 *L.*, ch. m. 8 *L.* Haec editio est nitida quidem, sed vitiis typographicis foedata. De *Tyrwhitti*, *Reinholdi Forsteri* atque aliorum notis, quibus editor se iactat, docet *Friedemannus* in sua praefatione p. XXVIII sq. haec: „*Tyrwhitti* notae non aliae sunt, quam quas ... a me integras esse insertas. *Forsteri* animadversiones leguntur sub fin. Ed. Ox. T. II. p. 1309—1333 hoc titulo: Notae Geogr. Crit. et Etymol. in lib. XVI. et XVII. Strabonis partem, Aegyptum inprimis describentem, auctore Ioa. Reinh. Forstero. ... Editor ex ejus epistola Anglice data ad Th. Falc. haec latine reddita excerpsit: „In hisce Annotationibus mihi in animo fuit quaedam dicere de locis singulis, quorum mentionem fecit Strabo, vel in Aegypto, vel prope Aegyptum. In consilio praeterea fuit, lectorem, qua potui cura, certiorem facere de situ cujusque loci e viatorum recentium libris; assignare nomen, quo nunc innotescit; quae de eo dixerint scriptores antiqui, colligere, ejus nomen interpretari juxta linguam veterem Copticam seu Aegyptiacam; ubi, ut mihi videtur, saepe in etyma verisimillima incidi, quamquam in quibusdam aliis vocibus nec in vera etyma, nec in verisimilia me incidisse omnino mihi persuadere possum. Plurima dixi de Memphi. Indicavi quaedam de anno Aegyptiaco, atque de iis animalibus, quorum meminit Strabo. In quibusdam locis Strabonis textum ausus sum corrigere. Mihi vero maximae curae fuit, geographos veteres cum recentioribus conferre, ut in posterum peregre proficiscentes duce omnino non carerent.“ Praeterea accesserunt *Toupii* conjecturae, ex ejus adversariis, quae haeredis et sororis filiae munificentia ad Academiam Oxon. perlata sunt, depromptae, quarum tamen plerasque alibi jam V. D. in opusculis criticis proposuit; ego vero omnes diligenter reddidi. Denique ipsius *Thomae Falconeri* animadversiones, quas pretii non admodum magni esse aestumare possunt lectores ex iis, quae in medium protuli; in crisi facienda plerumque a veritate aberrat auctor et meras nugas sectatur, in interpretatione res ab aliis melius administratas recoquit vel hujusce aetatis politissimum mentionem injicit. Nam notae *Fillebrunii* et anonymorum *M.* et *B.*, quos ignoro, tam parvae sunt, ut nullae esse videantur.“ Praeterea adiicio praetermissis iis, quae *Friedemannus* ex *Falconeri* praefatione de subsidiis ab eo adhibitis repetit, ex eiusdem praefatione p. XXXVIII sq. haec: „Inde patet, quid de tota hac editione sit statuendum, cujus auctorem prorsus latuit opera, quam Interpretes Parisienses et Tzschuckius in geographi verbis emendandis et explicandis per aliquot annorum spatium insumserunt, et cui ne ulla quidem, praeter commemoratas et Theod. Bezae quasdam MSS., animadversionum a philologis alibi ad Strabonem frequentissime factarum innotuit. Neque multum novi subsidii affert variarum lectionum copia, quum omnes fere ex Ver-

sione Gallica et hac nostra editione, accuratius etiam, possint hauriri, si exceperis codd. Escurialensem, Etonensem, Mediceum secundum, in quibus tamen haud praecipua elucet auctoritas. Parisiensium codd. vero multo diligentior apud Falconerum est collatio, quam apud Intpp. Pariss., qui sensum tantummodo, non graecitatem, respexerunt. Quidquid igitur alicujus momenti esse videretur, ex animadversionibus desumsi, adeoque nugas interdum vilissimas non sprevi, ut lectores, desiderio editionis Oxoniensis aliunde oborto, quid rei esset, quod appeterent, clare cernere possent. Neque vero etiam quidquam variarum lectionum praetermisi, sed, ut Strabonis studiosi in hoc nostro apparatu critico securi acquiescere possent, curae cordique mihi fuit, servatis etiam codicum nominibus, ne forte adnumerari furibus queam, qui earum rerum, quas clepserunt, signa commutant. Sciant igitur lectores, codicum Parisiensium variae notae ubi appositae sunt, variorum virorum intelligi comparationem. Ita v. c. idem codex *Par.* 3. vocatur apud Falconerum, *Reg.* apud Brequignyum, No. 1393. apud Interpretes Parr., *Paris.* apud Tzschuckium." Severe iudicatur de hac editione, in Anglia ipsa non magni aestimata, in Edinb. Review, Vol. XIV. (1809) p. 429—441. Classical Journal no. XI. p. 45—74. XIII. p. 152—161. conf. editoris defensorias epistolas inscr.: *Falconer's* Two Letters on the Oxford Strabo, in Classical Journal. XIV. p. 446—453.

1815—1819, 8. *ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ἙΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑ, ΕΚΔΙΔΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΡΘΟΥΝΤΟΣ Α. ΚΟΡΑΗ, φιλοτιμῳ δαπανῃ των ὁμογενων Χιων, ἐπ' ἀγαθῳ της Ἑλλαδος. ΕΝ ΠΑΡΙΣΙΟΙΣ, ἐκ της τυπογραφιας Ι. Μ. Ἐβεραρτου.* Se trouve chez Theophile Barrois, père, libraire. *ΑΩΙΕ—ΑΩΙΘ. IV Voll.* —— 52 *fr.* *Corais* praemisit Volumini primo: *Προλεγομενα της γεωγραφιας του Στραβωνος πρὸς τοὺς Ἑλληνας*, de ortu, genere, nomine, aetate, scriptis Strabonis eorumque variis editionibus et versionibus, inserta etiam *παρεκβασει* de Graecorum geographis ante Strabonem nobilitatis. In qua dissertatione usus est dialecto graecae linguae recentiori, quia haec prolegomena iuventuti patriae suae conscripsit. Ad emendandam orationem libri Strabonis graecam denuo contulit codicem mstum Paris. 1393, atque praeterea adhibuit varias lectiones a Siebenkeesio, Tzschuckio, Falconero congestas, et plures locos vel priorum editorum vel suae conjecturae ope sanare studuit. Volumen IV. complectitur commentarios atque indices.

1819, 12. Strabonis rerum geographicarum libri XVII. Ad optimorum librorum fidem accurate editi. *Editio ster.* Lips., sumtib. et typis C. Tauchnitii. 1819. *III Voll.* —— 2 *Th.* 6 *Gr.* Novus titulus voluminibus praefixus est a. 1829, quo tempore etiam pretium aliud 18 *Gr.* constitutum est.

Bb) *Delectus.*

1804, 8 mai. Strabo lib. XI. Descriptio regionum et gentium Caucasiarum, graece, edidit Thph. Rommel. —— *V.* infra III. s. v. *Rommel.*

1819, 8. Strabonis Iberia sive Rerum geographicarum liber III., Graecis diligenter emendatis, rerum argumentis praemissis indiceque graecitatis adiecto, juvenum usibus accommodavit Casp. Gli. Groskurd. Sundiae, Löffler. 1819. —— 12 *Gr.*

1533, 4. *Επιτομη των του Στραβωνος γεωγραφικων.* Graece et latine. —— *V.* Arrianus I. Cc) 6).

1703, — 1806, 8. —— *V.* Scriptores geographici. I.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

α) *Sine a. notitia.*

—, f. F. 1 *a incipit epistola Andreas Aleriensis ad Pontificem Paulum II.*: ()Eographiā multoſ ſcripſiſſe nouimuſ Pater Beatiſſime Paule. II. Venete. Pont. || Maxime. tempo₄ noſtrorū felicitaſ et gloria. cū eiuſmodi ſit doctrine opuſ: || qd' oīnibuſ gratū: a pluribuſq: tractatū: uix unq̄ tū ad plenū: uel apprehenſum: uel || explicatū eē: censeat'. dū nūc mariū: nūc ſituū cetero₄ rōe: aliq,d po₄ ſcriptiſ || *etc.* *Haec epistola explicit f.* 2 *b.* *F.* 3 *a incipit Praefatio Strabonis. Versio ipsa finitur f.* 239 *b.* F. *F.* 240 *a' habet contentorum indicem, in cuius fine legitur:* Aſpiciſ illuſtriſ lector quicunq: libelloſ || Si cupiſ artificum nomina nosse: lege. || Aſpera ridebiſ cognomina teutona: ſorſan || Mitiget arſ muſiſ inſcia uerba uirum. || Cōrarduſ (?) ſuueynheym: Arnolduſ pāuartzq: magiſtri || Rome impreſſerunt talia multa ſimul. || Petruſ cum fratre Franciſco ma-

ximuſ ambo || Huic operi aptatam contribuere domum. —— 240 *ff.* sine *cust.*, *sign.*, et *num. ff.* In unaquaque pagina sunt 46 lin. Guarinus vertebat decem priores libros, reliquos septem Gregorius. Tantum CCLXXV exx. typis descripta sunt. Ipse exemplar, quod in Weigelii librorum collectione adservatur, in manibus habui. Char. rom.

β) Cum a. notitia.[1]

1472, f. *Incipit Ioannis Andreae Aleriensis epistola ad Paulum II. In libri calce capitum summa, in quorum fine:* Anno Domini. M.CCCC.LXXII. || R. zouenzonius poeta. Reuerendissimo d. Jacobo || Zeno Episcopo patauino. || Orbis noscere lector uniuersi || Si tractus cupis: hos emas libellos || Strabonis: tibi nomine dicatos || Zeni praesulis optimi sacriq. || Quo nil doctius Eruditiusq. || Nunc antenorei vident penates: || Impressos digitis uidelianis. —— 217 *ff.* sine *cust.*, *sign.*, et num. *ff.* cum 51 lin. Char. rom.

1473, f. mai. *In libri fine:* Aſpiciſ illustriſ lector quicunque libellos || Si cupiſ artificum nomina nosse: lege || Aſpera ridebiſ cognomina teutona: forſan || Mitiget arſ muſiſ inſcia uerba uirum. || Conradus suueynheym: Arnolduſ pannartzque magistri || Rome impresserunt talia multa simul. || M.CCCC.LXXIII. Die vero Veneriſ. XII. mensis Februarii. —— 235 *ff.* sine *cust.*, *sign.* et num. *ff.* Ex editione Romana priore ita repetita, ut paginae singulae sibi respondeant; sed omissae sunt praefatio atque librorum et argumentorum tabula.

1480, f. *Praecedunt praefationes Io. Andreae Aleriensis ad Papam Paulum II. Guarini Veronensis ad Papam Nicolaum V. et Ioh. Antonium Marcellum. F.* 5 *a incipit Strabonis versio. In fine:* Strabonis Amasini Scriptoris illustris geographiae opus finit: quod Joannes Vercellensis propria impensa uiuentibus posterisque exactissima diligentia imprimi curauit. Anno Sal. M.CCCCLXXX. septimo Kal. Septembris. —— 318 *ff.* cum *sign.* a—z. A—Q., sine *cust.* et num. *ff.* 39 lin.

1494, f. STRABO DE SITV ORBIS. *Haec f.* 1 *a. Sequuntur* 15 *ff.*: TABVLA. *F. ult. b legitur epistola brevis et inscripta est:* Ant. Mancinellus inclyto uiro Iustino Carosio utriusq; iuris consultissimo ciuiq; ueliterno illustri. *F. num.* i *continet carmina latina. F.* ii *a incipit:* Ad Paulum secundū Pont. maximū: Ioannis Andreae Aleriensis Episcopi epistola: In qua inuehit' in Georgiū Trabezontiū: quem Cenotimonē. i. nouū Timonem appellat. *et explicit f.* iii *a. Continuo sequitur:* Ad Nico. quintū Ponti. maximū Guarini Veronēsis in Strabonis traductionem epistola. *Explicit eodem b. Continuo sequitur:* Eiusdē Guarini in absolutionē Strabonis inchoati prohemiū alterum ad insignē ac patriciū equestris ordinis uirū. d. Iacobū Antonium Marcellū Venetum. *Explicit f.* iiii *b. F.* V *b* incipit: Strabonis Gnosii Amasini scriptoris caeleberrimi de situ orbis libri. xvii. e graeco Traducti Gregorio Typhernate: ac Guarino Veronense Interpretibus. *Finit f.* d *a*: FINIS. Strabonis Amasini Scriptoris illustris geographiae opus finit: qd' Ioānes Vercellēsis ꝓpria īpēsa uiuētibus posterisq; exactissima diligētia īprimi curauit. Anno Sal. M.ccccIxxxiiii. die. xviii. Ianuarii. — a iii b iii c iii d iii e iii ſ iii g iii h iii i iii k iii l iii m iii n iii o iii p iii q iii r iii ſ iii s iii t iii u iii x iii y iii z iii & iii. —— 16 non num. *ff.* praefixa, cl num. *ff.* Char. rom. Bibl. acad. Lips.

1502, f. Strabo de situ orbis. *Haec f.* 1 *a.* Sequuntur 15 *ff.*: TABVLA, *ut supra Versio ipsa explicit f.* 150 *a*: Strabonis Amasini Scriptoris illustris Geographiae opus finit. Impressum Venetiis per Bertholomeum (?) de Zanis de Portesio Anno Domini. M.cccce. ii. die. xiiii. Ianuarii. *Sequuntur signaturae.* —— 16 non num. *ff.* praefixa, 150 num. *ff.* Char. rom. Bibl. acad. Lips.

1510, f. Strabo de situ orbis. *Haec f.* 1 *a. In fine f.* CL *a*: Strabonis Amasini Scriptoris illustris Geographiae opus finit. Venetiis a Philippo pincio Mantuano impressum. Anno dñi. M.CCCCCX. Die. XIII. Iulii. Serenissimi. D. D. Leonardi Lauredani Venetiar. ducis tempestate. — REGISTRVM a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ s t u x y z &. Omnes sunt terni. —— 1 *f.* titulus, 15 *ff.* tabula, CL num. *ff.* Bibl. acad. Lips.

1512, f. Strabonis Geographia decem et septem libros continens, e Graeco in latinum à Gregorio Tifernate et Guarino Veronense conversa cum indice. Parisiis per Egidium Gourmont. MDXII. —— Char. goth.

1523, f. Strabonis geographicorum commentarii, olim, ut putatur a Guarino Veronense et Gregorio Tifernate latini

tate donati, iam vero denuo a Conrado Heresbachio recogniti. Basileae Anno M.D.XXIII. *In fine:* Basileae in aedibus Valentini Curionis. M. D. XXIII. Mense Martio.

1539, f. STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIB. XVII. Olim, ut putatur, à Guarino Veronensi ac Gregorio Tifernate Latinitate donati, iam denuo à CONRADO HERESBACHIO LL. Doctore, Principisq; Iuliacensis Consiliario ad fidem Graeci exemplaris, authorumq;, qui huc facere uidebantur, recogniti, ac plerisq; locis deintegro uersi. ITEM, EPITOMAE eorundem decem & septem de Geographia librorum, nunc primum de Graeco sermone in Latinum conuersae, Hieronymo Gemusaeo, D. Medico & Philosopho interprete. BASILEAE apud Ioan. Vualder. M. D. XXXIX. Cum Priuilegio Caesareo ad Quinquennium. —— 5 *ff.* praefixa, 38 *ff.*: STRABONIS GEOGRAPHICORVM EPITOMAE. 1 *f.*: ARGVMENTVM libri primi per Conradvm Heresbachivm, 549 pp. Strabonis versio, 12 *ff.* Index. Ex epistola Heresbachii, epitomis praefixa et inscripta: „Verae nobilitatis dotibvs ornatissimo viro domino Ioanni à Flatten, ecclesiae Cranenburgensis Praeposito, Aquensis uero Scholasteri, D. & amico suo Conradus Heresbachius S. D." huc transscribo initium: „Contenderunt à nobis cum alij permulti, tum in primis Valentinus Curio chalcographus, & eruditus, & eruditionem industria sua non uulgariter promouens, denique tu quoque studiorum nostrorum assiduus agonotheta flagitare atque adeo adigere nos solebas, ut Strabonis geographicorum libros, iam multis annis prodigiosis erroribus usqueadeo occupatos, ut à nemine propémodum Teutonicus ut ille atque νοθος sine nausea, aut certe inoffense legi posset, si non deintegro uertere, quod iure quodam meo recusare uidebar, certe collatione ad Graecum exemplar facta, studiosis pauló purgatiorem proponerem. Id quod quanquam partim ob priuatas publicasque occupationes quasdam, & praesersim ad praetorum clepsydram festinationemq;, praestare quoque uix possem, partim haec tanquam spinas & λεπτολογηματα, quae molestiae plus haberent quam gratiae, auersarer, uictus tamen Valentini, amicorumq; uotis, maxime autem tuis flagitationibus, qui cum alioquin optimis studijs addictus, Strabonis autem cosmographicis scriptis impense delectabaris, quantum succisiuis horulis suffurari licuit, Straboni non illibenter donauimus. At uero commodum ipsum opus bonis auibus auspicantes, Latina ad Graeci exemplaris cōferentes, deprehendimus priores illos libros, praeter hoc quod corruptissimi erant, parū etiam foeliciter uersos, posteriores uero non item: quae res fidem nobis facere uidebatur, libros hosce non ab uno Guarino Veronensi, cui adscribuntur, aut omnino áb hoc οὐκ ἄνευ θησεως uersos fuisse. Videtur enim nescio quid Gazeum in plerisq; posterioribus resipiscere interpretatio. Etiamsi non desint qui Gregorium Trifernatem posteriorum librorum interpretem asserant. Porro priores ad uerbum ferè ac superstitiosius, usqueadeo non habita magna utriusque linguae proprietate, uersos apparebat, ut nihil mirum, si hactenus citra offensam legi nō potuerint. Unde nos quo sentētiam interdum clariorem ac magis perspicuam redderemus, ausi sumus interim in margine genuinam lectionem nostramq; interpretationem adscribere. Quod si non ubiq; pari industria fecisse uidebimur, acceptum referri conueniet exemplari Graeco, quod circūfertur sic deprauato, ut non opiner ex Aldi officina alterum corruptius prodiisse. Huc accesserūt lacunulae multae, & uerba interdum, interdum etiam integrae sententiae praetermissae. Quanquam horum nos nonnulla aliunde, puta à Stephano, Plinio, Herodoto petita restituimus, pleraq; lectori cōiectanda reliquimus." Strabonis epitomae, ex Gemusaei versione in hac editione primum prodierunt; deinde etiam in *Dom. Marii Nigri* geographiae commentariorum libris XI. Basileae, Henricpetri MDLVII. *fol.* receptae sunt. Bibl. acad. Lips.

1559, 12. Strabonis de situ orbis libri XVII, ex versione Guarini Veronensis et Gregorii Tifernatis. Editio recognita a doctissimis viris et emendatior. Lugd., Gabr. Coterius. MD.LIX. *II Voll.*

1571, f. Strabonis nobilissimi & doctissimi Philosophi ac Geographi, Rerum Geographicarum commentarii Libris XVII contenti, Latini facti, Guilielmo Xylandro Augustano interprete. Adjecimus ejusdem annotatiunculas, quarum usum non aspernandum sentiet lector *etc.* Basileae, ex Officina Henricpetrina MDLXXI. —— Haec versionis Xylandrianae editio, separatim facta, omnia, excepto textu, quae editio graecolatina continet, quae eodem anno prodiit. Eaedem sunt etiam tabulae geographicae, quae versioni intertextae sunt.

1652, 12. Strabonis de Situ Orbis Libri XVII editio prioribus emendatior. Amstelodami, Apud Johannem Janssonium

Juniorem. *Hic titulus est aeri incisus. Alius hunc sequitur:* Strabonis de situ Orbis Libri XVII. Editi quidem in eorum gratiam, qui Geographiae Studiosi sunt, olim (ut putatur) à Guarino Veronensi, & Gregorio Tifernate latinitate donati: *Recens vero à doctissimis viris quorum in praefatione fit mentio, emendatiores quam antea prodeunt.* Tomus primus. Amstelodami, Apud Joannem Janssonivm Jvniorem. *Anno Dom.* cIↃ.IↃc.LII. — Tomus secundus *etc.* 1652. *II Voll.* —— 809 pp., 41 pp. index; 670 pp., et 12 *ff.* index. Nitidissima editio.

B. germanicarum.

Aa) *Integrum opus.*

1775 — 1777, 8. Des Strabo, eines alten stoischen Weltweisen, aus der Stadt Amasia gebürtig, allgemeine Erdbeschreibung. Abraham Jakob Penzel hat sie aus dem Griechischen übersetzt, durchgehends von neuen disponirt, mit Anmerkungen, Zusätzen, erläuternden Rissen, einigen Landcharten und vollständigen Registern versehen. Lemgo, in der Meyerischen Buchh. *IV Voll.* —— 4 *Th.* 12 *Gr.* Conf. de hac omnino non spernenda versione Neue philol. Bibl. Vol. II. p. 152—161. 324—330. Notas atque tabulam geogr. adiecit G. S. Forbiger.

1829 — 1830, 12. Strabo's Geographie, übersetzt von K. Kärcher. Stuttgart, Metzler. *IV Voll.* —— 16 *Gr.* Nondum absoluta est.

1831 — 1834, 8 mai. Strabons Erdbeschreibung in siebenzehn Büchern. Nach berichtigtem griechischen Texte unter Begleitung kritischer und erklärender Anmerkungen verdeutscht von Chph. Gli. Groskurd. Berlin, Nicolai'sche Buchh. *III Voll. Accedit huic titulo, quem sequitur singularis titulus:* Vollständiges Sach- und Namen-Register zu allen Ausgaben von Strabons Erdbeschreibung, welche die Casaubonischen Seitenzahlen führen. Berlin, Nicolai'sche Buchh. —— 12 *Th.*

Bb) *Delectus.*

1819, 8. Strabos Iberien, nach Berichtigung des Textes aus dem Griechischen übersetzt von Chph. Gli. Groskurd. Strals., Löffler. 1819. —— 12 *Gr.*

C. gallicarum.

1805 — 1819, 4 mai. Géographie de Strabon, traduite du Grec en Français. à Paris, de l'imprimerie impériale. *V Voll.* —— Hanc versionem fecerunt Viri *de la Porte du Theil, Coraes,* atque *Gosselin,* iussu Napoleonis. Labor ita fuit divisus, ut *Dutheilius* et *Coraes* omnes libros vicissim verterent, atque animadversionibus criticis et exegeticis instruerent, *Gossellinus* autem promiscue omnibus libris notas geographicas adderet. Dutheilius adiecit etiam libris a se versis uberiores excursus inscriptos: Eclaircissemens. Praeterea in fronte Tomi I. p. I. XCVI. leguntur duae *Gossellini* dissertationes, quae inscriptae sunt: Sur la manière de considérer et d'évaluer les anciens stades itinéraires; sur les erreurs que le faux emploi de ces mesures a répandues dans le système géographique des Grecs, et sur le moyen de ramener ce système à son exactitude primitive, quae iam antea separatim prodierunt. Quibus additae sunt multae tabulae et figurae. Conf. Museum crit. Cantabrig. T. I. p. 253 sqq.

D. italicarum.

1562 — 1565, 4. La Prima Parte della Geografia di Strabone, di Greco tradotta in volgare Italiano da M. Alfonso Buonacciuoli Gentilhuomo Ferrarese, con due copiosissime Tavole l'una de' nomi Antichi & Moderni, l'altra di tutti i nomi, & cose notabili, che in questo libro si contengono. Con privilegio. In Venetia, appresso Francesco Senese. MDLXII. — La Seconda Parte *etc.* Ferrarese Academico Mantovano. Con due copiosissime Tavole *etc.* Con privilegio. In Ferrara. Appresso Valente Panizza Stampatore Ducale. MDLXV. —— Unicuique libro praemissum est breve Argumentum, excepto libro I., ubi deest. Haec versio magni habetur.

1828 sqq., 8 et 4. Strabone. Geografia, tradotto dall' Ambrosoli. Milano, Sonzongo. *IV Voll.* —— Haec versio pertinet ad collectionem inscr.: Collana degli antichi storici greci volgarizzati.

E. hispanicarum.

1787, 8. Libro III. de la geografia de Estrabon, que comprehende un tratado sobre la España antigua. Traducido del latin por J. Lopez. Madrid.

III. *Illustrantia Strabonem scripta.*

( ) Observationes in Strabonem, Diodorum, Anacreontem, Suidam, inserta

nonnullis *A.* et *B.* (h. e. Burmanni et Dorvillii) castigationibus. —— In Miscellaneis crit. Observationibus Vol. II. T. I. p. 1 sqq.

( ) Remarks on Strabo. —— In Classical Journal. no. XVII. p. 113 sq.

( ) Ueber die σχολια ἐργα des Strabo, in XIV, p. 532 ed. Tzsch. —— *V.* Tübing. Kunstblatt. 1821. no. 53. p. 211. Haec explicatio provocavit *Jacobsii* commentationem.

J. C. J. *Bethe*: Commentatio de Hispania antiqua et metallica ad locum Strabonis. Gotting. 1809, 4. —— 9 *Gr.*

Gabr. Gf. *Bredow*: Varietas lectionis, quae in Plethonis Excerptis e Strabonis Geographia in codd. Parisiensibus Mss. occurrit. —— In eius Epistolis Parisiensibus. (Lips. 1812, 8) p. 69 sqq.

L. Georges Oudard Feudrix *de Brequigny*: Observations sur un passage de Strabon (Livr. V. ed. 1707. T. I. p. 332. ed. Paris. 1620. p. 217.) —— *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XXXVIII. Hist. p. 52 sqq.

Cluvier: Unpublished Notes on Strabo. —— *V.* Classical Journal. no. LXI. p. 131—135. LXII. p. 391 sq.

Gr. *Dankowszky*: Fragmente zur Geschichte der Völker ungarischer und slawischer Zunge, nach den griechischen Quellen bearbeitet, zugleich ein Beitrag zum besseren Verstehen Herodots, Strabo's *etc.* und der alten Geographie insbesondere. 1s Heft. Presburg. 1825, 8. —— 12 *Gr.*

F. Traug. *Friedemann*: Ueber die Gestalt Italiens bei den alten Geographen, nach Strabo. *Progr. schol.* Wittenb., 1821, 8. —— 25 pp. Tractatur locus T. II. p. 90. ed. Siebenk.

Emilio *Giannuzzi*: Osservazione sopra un luogo di Strabone, Geogr. Lib. VI. sunt et alia oppidula *etc.* Pumentum, Vertinae. —— *V.*: Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici. T. XVIII. p. 364—369.

Gosselin: Géographie des Grecs analysée sur les systèmes *etc.* —— Cum X tabulis geogr. 15 *fr.* *V.* Eratosthenes. III.

— —: Recherches sur la Géographie des Anciens. Avec Cartes. à Paris. 1798—1813, 4 mai. *IV Voll.* —— 75 *fr.* Vernacule has disquisitiones partim reddidit, partim animadversionibus auxit *Bredovius* in suo libro inscr.: Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geschichte, Geographie u. Chronologie. Altona 1800, 8. *II Voll.* cum tabulis geogr.

Abr. *Gronovii* Animadversiones in Strabonis Geographiae Libros IX, depromtae ex Manuscripto Codice Mediceo. —— Inter Varia Geographica ab Abr. Gronovio edita. (Lugd. Bat. 1739, 8) p. 149 sqq.

Chph. Thph. *Groskurd*: Observationes criticae in Strabonis Iberiam sive rerum geographicarum Librum tertium. Stralsundi, Löffler. 1819, 8 mai. —— XIV, 265 pp. 1 *Th.* 6 *Gr.*

A. H. L. *Heeren*: De fontibus geographicorum Strabonis commentationes duae. Gotting., Dieterich. 1823, 8 mai. —— 12 *Gr.* Leguntur etiam in Commentationibus Soc. Reg. Scient. Gotting. recentiores. Cl. hist. et philol. T. V. p. 97 sqq. 131 sqq.

I. F. *Hennicke*: Dissertatio de Strabonis geographiae fide, ex fontium, unde is hausit, auctoritate aestimanda. Gotting. 1791, 8.

Ch. Glo. *Heyne*: Religionum et sacrorum cum furore peractorum origines et caussae ad locum Strabonis de Curetibus Lib. X. —— *V.* Commentationes soc. Gotting. Vol. VIII. P. III. p. 3 sqq.

F. *Jacobs*: Was sind die σχολια ἐργα beim Strabo (XIV. p. 640)? —— In *Boettigeri* Amalthea. Vol. II. p. 237—246.

Rich. Paul *Jodrell*: On the symbol of the central navel, or white stone, at Delphi, with the testimony of Strabo in regard to the ornaments, and that of Pausanias on the Medusa, or Gorgon, surrounding it. —— *V.* eius: Illustrations, on the Jon and the Bacchae. (London, 1781, 8) p. 101 sqq.

— —: On the plunder of the Delphick Temple by the Barbarians under Cadmus: Testimony of Herodotus and Appian compared with Euripides, and the aera of events, recorded by Appian, collected: History of the several pillages of the Delphick shrine, mentioned by Pausanias and Strabo: Dissertation of Monsieur Valois on this subject. —— *V.* ib. p. 481 sqq.

Ch. *Lamotte*: A defence of Moses's Account of the Land of Judea, against Strabo the great Geographer, Servetus who was burnt for Atheism at Geneva, and Toland's Origines Hebraicae. Lond., 1740, 8.

Letronne: Explication du passage de Strabon relatif aux Edifices sacrés d'Héliopolis en Egypte. —— *V.* Journal des Savans. 1818. p. 304 sqq.

Ch. A. *Lobeck:* Commentatio de Strabonis loco X. p. 168 (470). In Indice lectionum aestiv. acad. Albert. Regiom. 1823, 4. —— 8 pp.

P. D. *Longolii* Progr. sistens Strabonianos εὐμονδόρους. Cur. Regiom. 1773, 4.

G. H. *Linemanni* Descriptio Caucasi gentiumque Caucasiarum, ex Strabone, comparatis scriptoribus recentioribus commentatio, quae in certamine litterario civium academiae Georg.-August. d. IV. Iun. MDCCCIII. praemio in ordine philosophorum ornata est. Lips. MDCCCIII. 4. —— 66 pp. 12 *Gr.* Conf. ephem. litter. Halens. 1804. no. 210. p. 125 sq.

Malte-Brun: Notice sur Strabon. —— In: Nouveaux Annales des Voyages, 1827 unde recepta est in Bulletin des sciences geogr. T. IX. p. 366 sq.

L. *de la Nauze:* Remarques sur quelques points de l'ancienne geographie. —— *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XXVIII. Mém. p. 362 sqq.

E. F. *Neubaueri* Progr. s. Quaestio, an nullae inter Chaldaeorum philosophos fuerint sectae, ex Strabone praecipue decisa, et ab obiectionibus ex Diodoro Sic. petendis vindicata, viroque cuidam (Laurentio Reinhardo) cel. modeste opposita. Giessae, 1745, 4.

Iac. *Palmerii* Exercitationes ad Strabonem. —— *V.* eius Exercitationes in optimos fere autores graecos. (Lugd. Bat., 1668, 4) p. 287—356.

Chph. *Rommel:* Caucasiarum regionum et gentium Straboniana descriptio ex recentioris aevi notitiis commentario perpetuo illustrata. Accedunt Excursus nonnulli de nomine Caucasi. De metallis Caucasi. De Iberorum origine. De nomine Georgiorum gentis et Cyri sive Kuri Fluvii. De Tscherkessis. De Aorsis, Avaris et Hunnis. De Reineggiasana Caucasi descriptione. Cum Appendice textum graecum continente. Lipsiae 1804 sumtibus Siegfr. Lebr. Crusii. 8 mai. —— XVI, p. 1—61 commentarius, p. 62—74 excursus septem, p. 75—99 textus graecus, et 2 *ff.* index geographicus et Corrigenda. 12 *Gr.*

C. Gf. *Siebelis:* Tentamina Strabonis aliquot mendosos locos emendandi. —— In *Beckii* Commentariis soc. philol. Lips. Vol. I. P. I. p. 63 sqq. P. II. p. 193 sqq.

— —: Disputatio de Strabonis patria, genere, aetate, operis geographici instituto atque ratione, qua veterem descripsit Graeciam. Praefixa est epistola ad Ch. Dan. Beckium. Budissae, impr. Monse. MDCCCXXVIII. 4. —— VIII, 23 pp.

F. W. D. *Snell:* De Tauno Monte. Giessae, 1788, 4.

Edward *Stillingfleet:* The different censures of Strabo and Eratosthenes concerning de poetical age of Greece and the reasons of them. —— *V.* eius Origines sacras. (Lond. 1709, f.) p. 38 sq.

(J. C. F. *Täubner:*) Ueber eine Stelle des Strabo. Dresdae, 1794, 4.

J. *Tolandi* Origines Judaicae sive Strabonis de Moyse et Religione judaica historia breviter illustrata. —— In eius Adeisidaemone. (Hag. Com. 1709.) p. 99 sqq.

(Thomae *Tyrwhitti*) Conjecturarum in Strabonem libellus. Lond. 1783, 8. — 48 pp. Rec. addito authoris nomine in libelli fronte, hoc titulo: Thomae Tyrwhitti Coniecturae in Strabonem, quae typis repetendas curavit et praefatus est Thph. Chph. Harles. Erlangae, sumt. Io. Iac. Palmi. cIↄIↄccLXXXVIII. 8. VIII, 70 pp.

W. *Uhden:* Ueber Strabo I. 14. §. 20 in Betreff der σχολια ἐργα. —— In *F. A. Wolfii* Museum der Alterthumswissenschaft. Vol. II. p. 367 sq.

K. *Völker:* Das Messenische Pylos als Stadt des Nestor. —— V. *Seebodii* Neues Archiv für Philologie u. Paedag. 1828. I. p. 44—52.

STRATO.

Fabr. B. Gr. ed. Harles. T. IV. p. 422 sq.

I. *Fragmenta.*

1764, 8. Stratonis aliorumque veterum poetarum graecorum epigrammata nunc primum a Ch. Ad. Klotzio edita. *Graece.* Altenb., Richter. 1764. —— 6 *Gr.* E codice Vimariensi, quem olim possidebat Schurzfleischius, selegit XI. poemata eorum CXXVI, quae codex ille continet. Conf. *Klotzii* Acta litteraria, Vol. II. P. II. p. 219 sq. *J. F. Herélii* notas criticas v. in *Klotzii* Actis litter. Vol. II. P. III. p. 358—361. *Reiskii* Notitiam poetarum Anthol. p. 261 sqq.

1774, 8. Stratonis epigrammata, graece cum notis. —— V. *Brunckii*: Analecta. T. II. p. 359 sqq. T. III. p. 207 sq. Conf. etiam *Schneideri* Periculum crit. in Anthologiam Constantini Cephalae. Lips., 1772, 8. ubi aliquot Stratonis epigrammata illustrantur.

1794, 8 mai. Stratonis epigrammata, graece, cum notis. —— In *Jacobsii* Anthologia graeca. T. III. p. 68 sqq. T. XI. T. XIII. p. 956 sq.

SUIDAS.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 621 sqq. X. p. 1 sqq.; *ed. n.* T. VI. p. 389 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa).

1499, f. *F.* 1 *a* (*sign. a* i): *Διαλογος ςεφανου του μελανος. legitur. F.* 1 *b sunt duo epigrammata latina Antonii Mottae. F.* 2 *a* (*sign. a* ii) *exhibetur epistola latina, inscr.*: Clarissimo Viro. D. Alberto Pio Ioannes Maria Cataneus. S. D. *Eodem f. b epistola graeca, inscr.*: *Κυριου Δημητριου τε χαλκονδυλου. quae incipit: Το παρον βιβλιον Συυιδα τετυπωται μεν ὑπο Βενεδικτου Μαγζου και Ἰωαννου Βισολου τῶν καρπαιων. F.* 3 *a* (*sign. a* iii) *lexicon ipsum incipit inscr.*: *ΤΟ ΜΕΝ ΠΑΡΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ, ΣΟΥΙΔΑ. ΟΙ ΔΕ ΣΥΝΤΑΞΑΜΕΝΟΙ || ΤΟΥΤΟ, ΑΝΔΡΕΣ ΣΟΦΟΙ. ΕΥΔΗΜΟΣ ΡΗΤΩΡ. ΠΕΡΙ ΛΕΞΕΩΝ ΚΑ||ΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ. ΕΛΛΑΔΙΟΣ ΕΠΙ ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΥ ΟΜΟΙ||ΩΣ. ΕΥΓΕΝΙΟΣ ΑΥΓΟΥΣΤΟΠΟΛΕΩΣ ΤΗΣ ΕΝ ΦΡΥΓΙΑ ΟΜΟΙΩΣ. || ΖΩΣΙΜΟΣ ΓΑΖΑΙΟΣ ΛΕΞΕΙΣ ΡΗΤΟΡΙΚΑΣ, ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ. ΚΕΚΙΛΙΟΣ ΣΙΚΕΛΙΩΤΗΣ ΕΚΛΟΓΗΝ ΛΕΞΕΩΝ ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙ||ΟΝ. ΛΟΓΓΙΝΟΣ ΟΚΑΣΙΜΟΣ, ΟΜΟΙΩΣ. ΛΟΥΠΕΡΚΟΣ ΒΗΡΥΤΙΟΣ, || ΑΤΤΙΚΑΣ ΛΕΞΕΙΣ. ΙΟΥΣΤΙΝΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΣΟΦΙΣΤΗΣ, ΕΠΙΤΟ||ΜΗΝ ΤΩΝ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΓΛΩΣΣΩΝ. ΠΑΚΑΤΟΣ ΠΕΡΙ ΣΥΝΗΘΕΙ||ΑΣ ΑΤΤΙΚΗΣ. ΠΑΜΦΙΛΟΣ, ΛΕΙΜΩΝΑ ΛΕΞΕΩΝ. ΕΣΤΙ ΔΕ ΑΠΟ|| ΤΟΥ Ε ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ ΕΩΣ ΤΟΥ Ω. ΤΑ ΓΑΡ ΑΠΟ ΤΟΥ Α, ΜΕΧΡΙ ΤΟΥ || Δ, ΖΩΠΥΡΙΩΝ ΠΕΠΟΙΗΚΕ. ΠΩΛΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ, ΑΤΤΙΚΩΝ|| ΛΕΞΕΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗΝ ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ. F.* 509 *b legitur*: Registrum || *α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω* || *ααα βββ γγγ δδδ εεε ζζζ ηηη θθθ ιιι κκκ λλλ* || *Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ Χ Ψ Ω* || *ΑΑ ΒΒ ΓΓ ΔΔ ΕΕ ΖΖ.* || — Omnes sunt quaterni preter *ΕΕ* et *ΖΖ* qui sunt terni. || — Anno ab incarnatione. M. cccc, lxxxviiii die xv nouembris, Impressum, Mediolani || impensa & dexteritate D. Demetrii Chalcondyli Ioannis Bissoli Benedicti Mangii || Carpensium || *Infra exhibetur insigne typ. F.* 510 *a leguntur duo carmina latina Ioannis Salandi, alterum ad Demetrium Calliandilum* (?), *alterum ad lectorem.* —— 510 non num. *ff.* Bibl. acad. Lips. Ceterum in hac satis nitida editione multa loca desunt, quae in reliquis leguntur.

1514, f. SVIDA. || *ΣΟΥΙΔΑ. ΤΟ ΜΕΝ ΠΑΡΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ, ΣΟΥΙΔΑ. ΟΙ ΔΕ ΣΥΝΤΑΞΑΜΕΝΟΙ ΤΟΥΤΟ, ΑΝΔΡΕΣ ΣΟΦΟΙ. — Ευδημος ῥητωρ, περι λεξεων κατα ϛοιχειον. Ἑλλαδιος ἐπι θεοδοσιου τε νεου, ὁμοιως. Εὐγενιος αὐγουϛοπολεως της ἐν φρυγιᾳ παμμιγη λεξιν κατα ϛοιχειον. Ζωσιμος γαζαιος λεξεις ῥητορικας, κατα ϛοιχειον. Λογγινος ὁ κασσιος, λεξεις κατα ϛοιχειον. Λουπερκος βηρυτιος, ἀττικας λεξεις. Ιουστινος ἰουλιος σοφιϛης, ἐπιτομην των παμφιλου γλωσσων, βιβλιων ἐννενηκοντα ἑνος. Πακατος περι συνηθειας ἀττικης κατα ϛοιχειον. Παμφιλος, λειμωνα λεξεων ποικιλων περιοχην βιβλιων ἐννενηκοντα πεντε. ἐϛι δε ἀπο τε ε ϛοιχειου, ἑως του ω. τα γαρ ἀπο τε α, μεχρι τε δ, ζωπυριων ἐπιποιηται. Πωλιων ἀλεξανδρευς, ἀττικων λεξεων συναγωγην κατα ϛοιχειον. Infra Aldi insigne typogr. cum litteris*: ALDVS || M. R. *In fine f. penult. a*: *Τελος, και τῳ θεῳ δοξα.* — αα. bβ. cγ. dδ. eε. fζ. gη. hθ. iι. lκ. mμ. nν. oξ. po. qπ. rρ. ſσ. tτ. uυ. xφ. yχ. zψ. &ω. ΑΛ. ΒΒ. ΓΓ. ΔΔ. ΕΕ. ΦΖ. ΓΗ. ΗΘ. ΙΙ. ΚΚ. ΛΛ. ΜΜ. ΝΝ. ΟΞ. ΡΟ. QΠ. RP. ΣΣ. ΤΤ. VΥ. ΧΦ. ΥΧ. ΖΨ. &Ω. ΑΛΛΑ. OMNES QVATERNIONES. — VENETIIS IN AEDIBVS ALDI, ET ANDREAE SOCERI. MENSE FEB. M.D.XIIII. *F. ult. b est insigne Aldi typogr. quod in fronte.* —— 391 non num. *ff.*, duobus columnis impressa. Haec editio nonnunquam a Mediolanensi discrepat, unde ex alio codice Ms. expressam eam esse apparet. Bibl. acad. Lips.

1544, f. *ΣΟΥΙΔΑ.* (*reliqua ut in editione priore, sed in fronte est insigne typogr. additis litteris*: FRO||BEN. — BASILEAE MDXLIIII. *In fine f. ult. b*: SERIES CHARTARVM. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu. Omnes terniones. BASILEAE, APVD HIERONYMVM FROBENIVM, ET NICOLAVM EPISCOPIVM, MENSE AVGVSTO, ANNO MDXLIIII. —— Editio Basileensis haud fere ab Aldina discrepat, nisi ubi vel sphalmata typographica

habet, vel ab editoribus Basileensibus interpolata est. Bibl. acad. Lips.

1619, f. ΣΟΥΙΔΑΣ. SVIDAS, CVIVS INTEGRAM LATINAM INTERpretationem, & perpetuam Graeci textus emendatiorem AEMILIVS PORTVS Francisci Porti Cretensis F. olim in celeberrima Heidelbergensi Academia ordinarius linguae Graecae Professor, accuratissime conscripsit, infinitis mendis sublatis. OPVS NVNC PRIMVM IN LVCEM EMISSVM, NON GRAM*maticis solum & literarum Graecarum amatoribus, verum etiam Historicis, Rhetoribus, & omnium disciplinarum Professoribus pernecessarium.* (GENEVAE) COLONIAE ALLOBROGUM. Apud Petrum & Iacobum Chouët. CIↃIↃCXIX. *II Voll.* — 4 *ff.* praefixa, 1558, 1189 pp. In hac editione paranda nulla nova subsidia critica sunt adhibita, ne editio quidem princeps. Multum locutus est de hac editione Kusterus in praefatione sua. *Hadrianum Iunium* novam Suidae editionem molitum esse, ex eius Epistolis (Dordraci 1652, 12) p. 75 et 224 patet. Deinde titulus mutatus est a. MDCXXX.

1705, f. ΣΟΥΙΔΑΣ. SVIDAE Lexicon, Graece et Latine. Textum Graecum cum Manuscriptis Codicibus collatum a quamplurimis mendis purgavit, notisque perpetuis illustravit: Versionem Latinam Aemilii Porti innumeris in locis correxit; Indicesque Auctorum et Rerum adiecit Ludolphus Kusterus, Professor humaniorum literarum in Gymnasio Regio Berolinensi. Cantabrigiae, typis academicis. MDCCV. *III Voll.* — Multa praestitit Kusterus, sed admodum temere in edendo Suida versatus est, cum eas explicationes resecuerit, quae sibi interpolatae viderentur. Qua re dissensio exorta est, ut probant hae scriptiones: (*Iac. Gronovii*) Recensio brevis mutilationum, quae petitur Suidas in editione nupera Cantabr. Lugd. Bat. 1713, 8. et (*Lud. Kusteri*) Diatribe Antigronoviana, in qua editio Suidae Cantabrigiensis defenditur. Editio II. emendatior et auctior. Amst., Petzold. 1712, 8.

1834, f. mai. ΣΟΥΙΔΑΣ. SUIDAE LEXICON POST LUDOLPHUM KUSTERUM AD CODICES MANUSCRIPTOS RECENSUIT THOMAS GAISFORD S. T. P. AEDIS CHRISTI DECANUS NECNON GRAECAE LINGUAE PROFESSOR REGIUS. OXONII, E TYPOGRAPHEO ACADEMICO. MDCCCXXXIV. *II Voll.* — iii, 4245. 63 *Th. Gaisfordius* multa nova subsidia critica adhibuit, ita ut priores editores superaverit. Recepit et praefixit editioni praefationes priorum editorum, atque Mülleri et ...... commentationes.

1834 sq., 4. ΣΟΥΙΔΑΣ. Suidae Lexicon graece et latine, ad fidem optimorum librorum exactum post Thomam Gaisfordum recensuit et annotatione critica instruxit Gf. Bernhardy. Halae, Schwetschke et fil. — Hucusque tantum singulae partes prodierunt.

Bb) *Excerpta.*

1786, 8. SUIDAE et PHAVORINI Glossae sacrae graece. Cum Spicilegio glossarum sacrarum Hesychii et Etymol. M. Congessit, emendavit et notis illustravit Io. Ch. Gli. Ernesti. Accessit Dissertatiuncula de glossis sacris Suidae et Phavorini. Lips., apud Weidmanni haeredes et Reichium MDCCLXXXVI. — XXIV, 179 pp. et 6 *ff.* index. 18 *Gr.*

II. *Editiones versionum latinarum.*

(1564,) f. Suidae historica caeteraque omnia, quae ad cognitionem rerum spectant, solis verborum explicationibus praetermissis. Opera ac studio Hieronymi Wolfii in latinum sermonem conversa. Basileae, Oporin. et Hervag. — Wolfio hoc opus non satis feliciter successit, cum nullis novis subsidiis criticis instructus fuerit. Rep. 1581.

1581, f. SVIDAE HISTORICA, CAEteraque omnia quę ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant: Opus iucunda rerum varietate, & multiplici eruditione refertum: *Liberalitate Magnif. & Generosi uiri* D. CAROLI VILLINGERI, *Baronis à Schoeneberga: Caesareae Maiestati à consilijs: opera ac studio* HIER. VVOLFII *annis abhinc* XVII, *in Latinum sermonem conuersa: nunc uero & emendata, & aucta.* Accessit nunc demum Rerum & uerborum extra ordinem Alphabeticum memorabilium INDEX, priore editione (multis sane locis depravata) propter publicam calamitatem, praetermissus. *Sequitur epigramma* de priore et hac editione. *Infra insigne typogr., infra quod legitur:* Cum Caes. Maiest. & Christ. Gallorum Regis gratia & priuilegio ad annos X. BASILEAE, Ex officina Herwag.

per EVSEBIVM Episcop. cIɔIɔLXXXI. *F. ult. a*: BASILEAE, EX OFFICINA HERVAGIANA, PER EVSEBIVM EPISCOPIVM. ANNO CIↃIↃ.LXXXI. — 1060 pp. et 15 *ff.* index verborum et rerum, et 1 *f.* cum subscriptione et insigni typogr.

III. *Illustrantia Suidam scripta.*

( ) Observationes in Suidam. — *V.* Miscellaneas observationes crit. Vol. II. T. I. p. 126—134.

( ) Elucidation of a disputed Passage in Suidas. — *V.* Monthly Magazine. 1797. m. Mart. p. 175 sq.

( ) Observations on Suidas. — *V.* Classical Journal. no. XIV. p. 456.

( ) Sur un manuscrit de Suidas. — *V.* Notices et Extraits. T. V. p. 5 sqq.

F. L. *Abresch*: Notatorum Mss. ad Suidam collectanea. — *V.* Acta Litteraria Soc. Rheno-Traject. T. I. p. 213 sqq.

E. H. *Barker*: De verbo Ἀκταίνω vel Ἀκταινόω. Insunt Emendationes Suidae, Etymologicorum, Hesychii, Aeschyli, Platonis, et Orphei. — *V.* Classical Journal. no. LVIII. p. 370 sqq. conf. *Friedemanni* et *Seebodii* Miscellanea critica. Vol. II. P. I. p. 53.

Chardon de la Rochette: Eclaircissemens sur quelques articles de Suidas. — In: Magasin Encyclop. rédigé par Millin. 1796 (Année II.) T. VII. p. 92 sqq. T. IX. p. 483 sqq. Rec. in *Chardonii* Mèlanges de Critique et Littérature. (Paris 1812, 8) T. I. p. 92—120.

I. Ch. Gli. *Ernesti* Epistola ad Schleusnerum de Suidae usu ad crisin et interpretationem librorum sacrorum. Lips. 1785, 8.

Gratiani de S. Barone Observationes in loca quaedam Suidae. — *V.* Miscellaneas Observationes crit. Vol. IX. T. I. p. 143—156.

(L. *Kusteri*) Diatribe de Suida, in qua varia eius auctoris loca partim mutila supplentur partim corrupta emendantur; nonnulli interpretis errores notantur. Futurae editioni speciminis loco praemisit Ludolphus Neocorus (*Kusterus*). Cantabrigiae 1701, 4.

Markland: Ms. Note in the 2nd part of Toup on Suidas. — *V.* Classical Journal. no. XXXIV. p. 458.

Ch. Gf. *Mülleri* Progr. schol. De Suida, observationibus Th. Reinesii ornato. Cizae et Lips. 1796, 8. — 16 pp. Conf. ephem. litter. univ. 1796. IV. 151. p. 167 sq.

Thom. *Reinesii* Observationes in Suidam. Enotavit, digessit notisque suis adspersis edidit *Ch. Gf. Müller.* Lips. 1819. sumt. F. C. G. Vogelii. 8 mai. — XX, 287 pp. 2 *Th.*, ch. scr. 2 *Th.* 12 *Gr.*, ch. membr. 3 *Th.* 8 *Gr.* Editor ipse adiecit notas, signis distinctas, in quibus non solum Eudociae Violarium sed etiam alios grammaticos cum Suida comparavit, atque locos, ab Reinesio citatos adcuratius indicavit. Deinde etiam errorem sustulit, quo inductus *Gli. Ernesti* Reinesii notas Oleario adtribuit atque sub eius nomine edidit. *V.* Aristophanes. III. s. v. *Ernesti*. Idem Olearius sibi arripuit Reinesii notas ad Philostratum, quas descripserat ex margine editionis Morellianae exemplaris, quod olim Reinesius possedit, atque bibliothecae Cizensi legaverat.

Cl. *Sallier*: Corrections de quelques passages de Platon, d'Euripides et de Suidas. — *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. V. Hist. p. 105 sqq. ed. 8. T. III. Hist. p. 154 sqq. et in *Gottschedii* germ. versione. T. III. p. 175 sqq. T. XI. p. 38.

I. F. *Schleusner*: Auctarii Observationum in Suidam et Hesychium ac alios Lexicographos graecos, ratione maxime habita glossarum sacrarum. *Partt. IV.* Viteb., literis Ch. H. Grässleri, acad. typogr. MDCCCIX—MDCCCXI. 4. — In parte II. usus est observationibus *Iacobi Gronovii*, quas ille cuidam exemplari editionis Kusterianae adscripserat, quodque *Ch. L. Lenzius*, Gymnasii Vinariensis Director cum ipso communicaverat.

I. L. *Schulzii* Specimen observationum miscellanearum in Suidam cum prolusione critica de Glossarii Suidae indole et pretio. Halae 1761, 4.

I. *Schweighaeuseri* Emendationes et Observationes in Suidam. Argentorati typis Ph. J. Dannbach. (MDCCLXXXIX.) 8. — 86 pp. Rec. in eiusdem Opusculis acad. Vol. II.

Lettre de J. G. *Schweighaeuser* à Mr. Millin, sur quelques passages de Théophraste, Suidas, et Arrien. à Paris de l'imprimerie de Didot jeune, rue des Maçons-Sorbonne, no. 406. An. XI. 1803, 8. — 21 pp.

Fr. *Sevin*: Remarques sur quelques passages de Petrone, de Cornelius Severus, de Suidas, et d'Hesychius. — *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. V. Hist.

p. 224 sqq. ed. 8. T. III. Hist. p. 335 sqq. et in *Gottschedii* versione germ. T. III. p. 465 sqq. T. XI. p. 52 sqq.

F. Andr. *Strothii* Animadversiones in Suidam. —— In eius: Ἐκλογαι sive Chrestomathia graeca. Quedlinburgi, Biesterfeld 1776, 8.

Io. *Toupii* Emendationes in Suidam. Lond. 1760—1767, 8. *III Voll.* — *Io. Toupii* Curae novissimae sive Appendicula notarum et emendationum in Suidam. Lond. 1775, 8. —— Haec opuscula sunt recusa sub titulo: *I. Toupii* Opuscula critica, in quibus Suidas et plurima loca veterum Graecorum, Sophoclis et Aristophanis inprimis, cum explicantur tum emaculantur. (*Cura F. H. Starkii*). Lips. 1780 — 1781, 8. *II Voll.* 2 *Th.* 18 *Gr.*, ch. scr. 3 *Th.* 12 *Gr.* Emendationes in Suidam et Hesychium et alios Lexicographos Graecos. (*Curavit Rich. Porson.*) Oxonii, e typographeo Clarendoniano. 1790, 8. *IV Voll.* 1 *L.* 4 *sh.*

Trendelenburgii Notata ad Suidam ed. Kusteri edidit Meinecke. —— In *Seebodii* Neues Archiv für Philol. u. Paedag. 1826. IV. p. 79 sqq.

SYNESIUS Cyrenensis.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 414. VIII. p. 221 sqq.; ed. n. T. VIII. p. 397 sq. IX. p. 200 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1553, f. ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΗΝΗΣ Περι βασιλειας, εἰς τον αὐτοκρατορα Ἀρκαδιον. Διων, ἡ περι της καθ' αὐτον διαγωγης. Φαλακρας ἐγκωμιον. Περι προνοιας, ἡ αἰγυπτιος. Ὁμιλια ἐν πανηγυρει. Περι ἐνυπνιων, και εἰς αὐτο Νικηφορου τε Γρηγορα ἑρμηνεια. Του αὐτε Συνεσιε ἐπιςολαι. SYNESII EPISCOPI CYRENES De regno ad Arcadium imperatorem. Dion, sive de suae vitae ratione. Caluitij laudatio. De prouidentia, seu aegyptius. Concio quaedam panegyrica. De insomnijs, cum Nicephori Gregorae explicatione. Eiusdem Synesij epistolae. EX BIBLIOTHECA REGIA. Βασιλει τ' ἀγαθῳ κρατερῳ τ' αἰχμητῃ. PARISIIS M.D.LIII. Ex officina Adriani Turnebi typographi Regij. REGIIS TYPIS. Ex Priuilegio Regis. *Parte II. f. ult. a:* EXCVDEBATVR LVTETIAE M.D.LIII. CAL. AVG. —— 2 *ff.* praefixa, 134 pp. Dissertationes, et 1 *f.*: Η ΔΙΑΦΟΡΟΣ ΓΡΑΦΗ ΚΑΙ ΣΦΑΛΜΑΤΩΝ τινων ἐπανορθωσις; 100 pp. Epistolae, et 2 *ff.*: Η ΔΙΑΦΟΡΟΣ ΓΡΑΦΗ ΚΑΙ ΣΦΑΛΜΑΤΩΝ τινων ἐπανορθωσις. Haec editio princeps plurium Synesii operum raro occurrit.

1612, f. SYNESII, Episcopi Cyrenes, Opera, quae extant, omnia, nunc primum Graece et Latine coniunctim edita, interprete Dionysio Petavio, cuius opera eadem illa ex veterum, praesertimque Bibliothecae Regiae Codicum fide recensita ac notis illustrata prodeunt. Lutetiae, typis Regiis apud Claudium Morellium. MDCXII. —— Alia exx. sunt inscripta: „Lutetiae, apud H. Drouart. MDCXII." aliaque: „apud Nivellium MDCXII." Rep. 1633.

1633, f. ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΗΝΗΣ ΑΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ. SYNESII EPISCOPI CYRENES OPERA QVAE EXTANT OMNIA. Interprete Dionysio Petavio Aurelianensi, Societatis Iesu Presbytero, cuius ista studio ex veterum praesertim Christianissimi Regis Codicum fide recensita, ac Notis illustrata, & eadem modo varia secunda hac editione multo accuratiora, & uberiora prodeunt. LVTETIAE PARISIORVM. Sumptibus Sebastiani Cramoisy, via Iacobaea, sub Ciconiis. M. DCXXXIII. Cvm privilegio Regis. — Haec editio priore multo auctior est. Bibl. acad. Lips. Editio: Paris., apud Carolum Morellium MDCXXXI. fol. indicatur in *Maittairii* Annal. typogr. T. III. p. 896. F. 1612 et 1640.

1640, f. Synesii, Episcopi Cyrenes, Opera, quae extant, omnia, Graece et Latine, ex interpretatione et cum notis Dionysii Petavii. Editio secunda, accuratior et uberior. Lutetiae Paris., sumt. Sebastiani Cramoisy. MDCXL.

Bb) *Plura opera.*

1567, 8. ΣΥΝΕΣΙΟΥ Ὑπερ τε δωρ[illegible] προς Παιονιον. Ὁμιλια δευτερα. Καταςασις. Ετερα καταςασις. Ὑμνοι ἐμμετροι. SYNESII De dono, ad Paeonium. Concio secunda. Constitutio. Constitutio altera. Hymni carmine. *Nunc primum Graece simul & Latine edita: Interprete* GVLIELMO CANTERO. *BASILEAE PER IOannem Oporinum. In fine:* BASILEAE EXCVDEBAT IOANNES OPORINVS, ANNO CIↃ.IↃ.LXVII. MENSE SEXTILI. *Sequitur* 1 *f.* *cum subscriptione laudata et insigni typ.* —

221 pp. Pag. 206—211 legitur: Clementis hymnus, graece et latine; p. 212—219: Canteri hymnus carmine pindarico, latine; p. 220 sq.: Γρηγοριου του Ναζιανζηνου ὑμνος εἰς Θεον, graece et latine. Bibl. acad. Lips. Hanc editionem *Ebertus* in Bibliogr. Lex. no. 22097 indicat *sine a.*, quod autem non verum est, ut ex mea notitia, ad librum ipsum facta, apparet.

1595, 8. Synesii Cyrenaei Catastasis seu Constitutio, in qua Pentapolis calamitas describitur, quam in maximâ barbarorum irruptione pronunciavit, quo tempore principis partes Gennadius ageret, duxque Innocentius esset; Graece, cum Latinâ Pe. Morelli Turonensis interpretatione & conjectaneis; Ejusdem Synesii de eodem argumento ad Troïlum epistola (quae est ejus epistolarum LXXIII.) (*Edente Papirio Masson*). Lutetiae, apud Fed. Morellum. MDXCV. — Praefixa est libro epistola inscr.: „Timoleonti Grangiero Consiliario in senatu Parisiensi Papirius Massonus in regiâ advocatus, S.", in quo dicitur: „Quam afflictam urbem egregius ille episcopus incoluerit, ab ipso fonte hauries, & catastasin hanc nunc primum à me, per Morellum nostrum, in lucem mitti publice utilem gratulabere. ... Interpres usus est manuscr. cod. Gr. ex bibliotheca Io. à S. Andrea: quo etiam adjuti sumus in editione Graeca." Hanc notitiam sumpsi ex *Maittairii* Annal. typogr. T. III. p. 810 sq.

1600, 8. Synesii Episcopi Cyrenes Homiliae duae, & Constitutio sive elogium Anysii, Graecè, ex bibliotheca Huralti Messaei, augusti sacrique consessus consiliarii; & Latine, interprete Fed. Morello. Lutet. apud Federicum Morellum MDC.

Cc) *Opuscula singulatim edita.*

1) Epistolae.

1499, 4. Synesii Epistolae. Graece. — *V.* Epistolae. I. Aa).

1558, 8. *ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.* SYNESII EPISTOLAE lectu dignissimae. Graece et latine, studio Thomae Naogeorgi. Basileae per Ioannem Oporinum. M. D. LVIII.

1581, 4. Synesii Epistolae quaedam breves & Laconicae, Graece. Lutetiae, apud Fed. Morellum. MDLXXXI.

1569, — 1584, — 1600, 12. — 1628, 8. —— *V.* Poetae. I. Aa). Nova subsidia critica Crispinus non habuit; pleraque autem sibi Portus Cretensis communicauit, multa etiam apud D. B(lasium) Marcuardum contulit C. Auberius praesertim in iis, quae Simmiae Rhodio attribuuntur. Pauca praefatus est J. Crispinus de bucolicae poeseos inventione, de idylliorum nomine, de Theocrito atque dialecto, qua usus sit; praeterea addidit notulas quasdam, quae tres implent paginas. At ab utraque Stephaniana recedit interdum et saepius quidem Crispini textus, qui ex editione Romana pauculas inter lectiones bonas inde decerptas, vitia quoque traxisse videtur quam plurima.

1579, 12. Theocriti aliorumque poetarum idyllia. Ejusdem epigrammata. Simmiae Rhodii ovum, alae, securis, fistula. Dosiadis ara. Omnia cum interpretatione latina. In Virgilianas et Nas.(onianas) imitationes Theocriti observationes H. Stephani. Excudebat Henricus Stephanus MDLXXIX. —— 8 *ff.* praefixa, 447, 63 et 128 pp. Hanc secundam editionem Stephanus dicavit *Posthio* epistola medico e villa Grieriana data a. 1578. Quae de Stephanianis editionibus iudicat Iacobsius XLIII sqq., huc transscribo. Sunt autem haec: „In emendando quidem Theocriti textu plurimum operae se collocasse affirmat H. Stephanus: de subsidiis vero suis, ut solet, brevissimus est. E notis eum edd. Ald., Rom. sive Call. et Junt. usum esse apparet, tum nonnullas ait se praeclaras castigationes Michaeli cuidam Sophiano debere e cod. Graeco, quem secum e Graecia ille deduxisset, subministratas. Ex Eustathii porro in Homerum et Dionysium Periegetem commentariis, quos, ut videtur, diligenter excussos saepe in partes vocat, multis accessit locis Theocriteis diu exoptata medicina. Longe plurima denique, quae mutavit, aut emendavit, ingenio ejus debebuntur et sagacissimo et felicissimo. Quis enim putet libris mss. eum esse usum, eorum mentionem qui nunquam facit; fidem tum quis habebit ei, in rebus criticis qui semper fere hariolatur in hunc modum: „est etiam alia lectio", vel „etiam tertia", vel „quidam legunt", vel „assentior iis qui", vel denique „sunt, qui reponendum putent" (scil. ad Id. XXI. v. 42, quo loco eum ad librorum scriptorum auctoritatem provocasse falso affirmant Reiskius, Wartonus etc.) Quidquid vero hujus rei est; textus, quem H. Stephanus exhibet, sive grammaticas rationes, sive metrorum curam vel interpungendi diligentiam respicias, multo est emendatior, quam qui antea circumferebatur. Haec vero et his similia ex ingenio depromenda fuisse quis est qui non videat? Alius generis mutationes, de quarum origine quidem non semper edocemur, multo sunt rariores; nam quod Theocritum a se editum ex aliqua parte novum plane dicat, id magis in contemtum aequalium quam in veritatis fidem erit accipiendum. Calliergiana vero editio, quae Aldinae olim superstruebatur, fundus videtur fuisse hujus novae recensionis; quam opinionem suscepimus ex eo, quod lectionis diversitas fere omnis, quae ad marginem et in notis exhibetur ab H. Stephano, ex ed. Juntina depromta est. Calliergus enim ex iis, quae Juntae quoque praesto erant, copiis ea tantum depromserat, quae textui Aldino inservirent corrigendo; H. Stephanus autem ed. Iuntina, tunc temporis fere ignota vel contemta, ita usus est, ut ex utraque recensione et Aldina et Juntina tertiam quandam novam, eamque mixtam efficeret; quae sententiarum commoditate et elegantia non minus, quam emendata dictione et metrorum integritate probaretur. Novam denique recensionem instituere voluisse Stephanum exinde etiam patet, quod carminum ordinem immutaret, quod a Theocriteis, quae Camerario jam praeeunte Moschi vel Bionis esse viderentur, segregaret, novasque tandem singulis carminibus praeponeret inscriptiones. Quae tredecim annis post subsecuta est ed. *minor*, ea tum multo correctior est quam prior, tum

num ea exhibuisset," cum revera codices inspexisse temere colligat? Neque editiones priscas consuluit D. Heinsius, imo consulere eas noluit. Aldinum enim exemplar quum possideret et teste — in cujus manus id postea venerat — Fabricio adeo cognosceret, ut in ora ejus adscriberet: — „ex hac editione videntur quaedam non vulgaria in reliquis recentioribus posse emendari", tamen non solum nihil, quod insigne sit, ex ea desumsit in editionem suam, sed in notis suis nunquam omnino editionis illius mentionem diserte fecit. Tum semel et obiter tantum editionem Romanam laudat, et bis terve H. Stephanum, quem in universum quidem in coelum pro more suo laudibus effert. Uno tandem, si recte memini, loco, pag. 305., quo ad editionum veterum omnium fidem provocat, in lectione scil. φράσδει eas consentire affirmans, a vero quidem maximopere aberravit. Si, quod verum est, dicere licet, tum neque Stephani textum D. Heinsium sive repetivisse sive repetendum curasse, neque ullam omnino rem certam vel emendatam recensionem dare voluisse affirmarim. Repetitus forsan est idem textus, qui a. 1596. ex eadem officina prodierat, et ipse Stephanianum, sed e longinquo, ut apparet, et ita, ut editio illius minor parum respiceretur, secutus erat. Quocunque autem modo haec se habent, textus est, plura si exceperis operarum peccata, satis quidem correctus, sed cui fidem habeas nullam, quippe quo nunc Stephaniana nunc Calliergiana exhibeantur, quippe praeter Dorismos frequenter restitutos nihil omnino proprii offerat. Ex hac tamen editione depromta sunt ea, quae ad sigl. D(aniel) *Heins*(ius) a nobis eduntur. Monendus vero esse videtur lector, maximam partem ea ex ejusdem notis, raro ex textu, quippe cui fides non erat habenda et in quem nunquam fere conjecturas suas receperat, esse petita. In hoc vero „*scholarum* sive *lectionum Theocriticarum*" libello, — qui quum antea, quemadmodum textus a. 1603, et separatim quoque prodiisset, et una cum illo a Commelino propter nimia, quibus scatebat, vitia deletus esset, in hac editione, quod praefatio libelli nos docet, omnino retractatus et auctus apparet, — id inprimis spectasse videtur D. Heinsius, ut loca difficiliora luculentius explicaret, doctrinae copiam in rebus historicis, mythologicis et philosophicis exhiberet, aliorumque virorum doctorum conamina, velut Brodaei, Aurati, Scaligeri, Casauboni, Meursii, Erasmi, Falckenburgii, Hugonis denique Grotii nunc carperet nunc probaret. Insunt his profecto plura acute perspecta, docte monita, falsò relata; scholia tum diligentius, quam antecessores, excussit, et proverbiorum vim explicare tentavit. At res grammaticas, ad dialectum pertinentes omnino non, aut nunquam satis constanter tractavit, metrorum etiam incuriosus, nisi quod ab initio de versu bucolico in universum quaedam animadverteret."

1606, f. Theocriti Idyllia et Epigrammata. Graece et Latine. —— In *Iac. Lectii* Corpore Poetarum heroic. *V.* Poetae. I. Aa).

1620, 8. *Τα σωζομενα των παλαιοτατων Ποιητων ΓΕΩΡΓΙΚΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ και ΓΝΩΜΙΚΑ.* Vetustissimorum Authorum Georg. Buc. et Gnom. poemata quae supersunt. Accessit huic editioni Is. Hortiboni Theocriticarum Lectionum libellus. Caetera sequentes paginae indicant. Apud Iohann. Vignon. M.DC.XX. *Sequuntur alii tituli, singulis collectionis partibus praefixi*: *ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ Συρακουσιου Ειδυλλια και Ἐπιγραμματα, σωζομενα. ΣΙΜΜΙΟΥ Ῥοδιου, ΜΟΣΧΟΥ Συρακουσιου, ΒΙΩΝΟΣ Σμυρναιου.* Theocriti, Simmiae, Moschi, & Bionis Eidyllia & Epigrammata quae supersunt, cum Musaei poëmatis. Omnia Graecolatina & exposita. Apud Iohann. Vignon. — *Interiectus est titulus hic*: *ΣΙΜΜΙΟΥ ΤΟΥ ῬΟΔΙΟΥ ᾨΟΝ, ΠΤΕΡΥΓΙΟΝ, ΠΕΛΕΚΥΣ.* SIMMIAE RHODII OVVM, ALAE, SECVRIS. Omnia Graeco-Latina, conuersa simul et emendate exposita a Claudio Auberio Trioncuriano. — *Εἰδυλλια ΜΟΣΚΟΥ* (?) *Συρακουσιου και ΒΙΩΝΟΣ Σμυρναιου*, Interpretatione latina ad verbum, & Scholijs illustrata. Quibus accessit AVSONII Eidyllion a Feder. Jamotio versibus Graecis expressum itemque MVSAEI poema de Heroe & Leandro. Apud Io. Vignon. — *Γνωμογραφοι. ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ Μεγαρεως γνωμαι Ἐλεγειακαι, ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ Ποιημα νουθετικον, ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ χρυσα ἐπη, ΣΟΛΩΝΟΣ γνωμαι ἐλεγιακαι.* Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis, aliorumque Veterum poemata gnomica. Genevae, apud Io. Vignon. M.DC.XX. —— Haec editio priores non superat; etenim negligentiam ubique deprehendas. Summum autem socordiae documentum est, quod *Hortiboni* libellum, qui jam ante triginta annos ex eadem officina prodiit, mancum atque imperfectum editor repeti juberet.

1635, — 1652, — 1661, — 1671, — 1677, — 1684, — 1700, — 1712, — 1725, — 1739, 8. —— *V.* Poetae. I. Aa).

Ειδυλλια, ἐκ διαφορων ἀντιγραφων ἐπιμελως εἰς κοινην ὠφελειαν συλλεχθεντα, παρα Ζαχαριου Καλλιεργου του Κρητος. Ex Officina Commeliniana MDCI. — 6 ff. praefixa, quorum ult. vacat, 152 pp., 2 ff.: Omissa; 8 ff. praefixa, quorum ult. vacat, 319 pp. 8 ff. praefixa, 260 column. Editor *Heinsius* praemisit f. 2 notis suis epistolam graecam inscr.: ΠΑΥΛΩ ΒΟΥΖΑΝΒΑΛΑΙΩ Τῳ του μεγαλῳ των Κελτων βασιλεως προς τους της Βελγιδος ἀριςης πρεσβυτῃ Δανιηλος ΈΙΝΣΙΟΣ, quam sequitur eiusdem Heinsii poema latinum. Deinde f. 3 legitur praefatio latina inscr.: Lectori salvtem dicit Daniel Heinsius, quam statim integram exhibeo, cum editio paucorum in manus veniat. Est autem: „Semestre ferè spacium est, amice lector, cum mea in Theocriti Idyllia C. V. Iohanni Commelino addixeram, cui & inscriptionem libelli, nundinis vernalib. repraesentandam miseram, sicut vulgo fieri in indicibus solet, eorum quae proxime sequentib. exspectari volumus; quae res, nescio quomodo praetermissa fuit. Haesit interea negotium hoc, non tam aegligentia mea, quam quod alijs qbusdam satis importunis, hac praesertim aetate, detinerer. Propositum interea distuli verius, quam omisi: &, en tibi conatum nostrum, emendationes notasq; plerasq; a nobis ante annos non paucos in schedas relatas. Tuum autem ignoscere erit, si quid post diuinos viros Iosephum Scaligerum, & Isaacum Casaubonum in hunc poetam à nobis tentatum est; cum vterq; eorum non modo veniam dederit, sed consilio & fauore iustitutum nostrū,„qua sunt humanitate, non minus quam scientia, prosequutus sit. De reliquis, qui aliquam ad hunc Poetam contulerunt operam, idem spero: quorum nomina, si alicubi forte ab ijs me dissentire cōtingat, vel omnino non, vel honestè propono: praeterea nec idem spectauimus omnes, nec μιαν παντες χορδην ἑλκομεν. Quia praeterea editioni nostrae & Graecas interpres accessit, n imperiti harum literarum, & tyrones, nimium illis Glossis tribuūt, passim in eas animaduertimus, vt vbiq; constet veritati sua dignitas; nec incauta iuuentus in errorem rapiatur: cuius praecipua lena est antiquitas, & temporis, in re plerumque non bona, patrocinium. Idyllia quaedam Siculae nostrae Veneris Latinè reddere conati sumus, ita vt versus versui, interdum & verbum verbo respondeat; salua tamen Poetae elegantia: vt eruditis oblectatio, tyronibus ea res, si succederet, interpretatio esset: quod arduum videbunt illi, quos non latet, necessitate adductos ea exprimere nos, quae indicio certo omisit diuinus Maro. Nihilominus iacta est alea, viam inijmus, quā si veniat quod speramus, in reliquis aliquādo Theocriti Idyllijs idem conabimur. Interea pauca haec cum Epigrammatis eiusdem Poetae à me & admirabili Hugone Grotio nostro in Romanam elegantiam è Dorica simplicitate translata, habebis mi Lector. Caeterea exspectabis, si haec cum venia leges: leges autem memor & aetatis nostrae, qua pleraque haec olim scripsimus, & candidi animi, quo nunc offerimus. Vale, mi lector, & faue.“ Sequitur carmen *Danielis Heinsii* graecum, latinum *Cornelii Rekenarii* in notas Heinsii, atque aliud latinum ad musas Cl. viri Cornelii Rekenarii. Haec editio negligentia typothetarum et correctorum culpa ita foedata atque deformis est, ut nihil fere foedius esse possit. Quare exemplaria supprimenda curasse dicitur librarius ipse praeterlapso anno, quo liber prodierit. Sed non omnia periisse videntur exemplaria, quia non adeo raro occurrunt, quamquam aliis editoribus non ad manum fuerat editio. Scholia graeca necessarie ad hanc editionem pertinent, quod ex Heinsii verbis ipsis apparet, quamquam prius prodierant.

1604, 4. ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ, ΜΟΣΧΟΥ, ΒΙΩΝΟΣ, ΣΙΜΜΙΟΥ τα εὑρισκομενα. THEOCRITI, MOSCHI, BIONIS, SIMMIAE quae extant: cum graecis in Theocritum scholiis et indice copioso. Omnia studio et opera Danielis Heinsii. Accedunt Iosephi Scaligeri, Isaaci Casauboni et ejusdem Danielis Heinsii notae et lectiones. Ex bibliopolio Commeliniano. MDCIV. — 14 ff. praefixa, 432 pp. Haec editio satis splendida est; at exhibeo, quae de ea *Iacobsius* in sua praefatione p. LI sqq. docet. Sunt autem: „D. Heinsius vero raptim omnia et obiter egisse videtur; de textus enim recensione, quam sequatur, de subsidiis suis ne verbo quidem admonet lectorem, quin, quod suspiciosum quemvis reddat, in praefatione de cura scholiis impensa ita agit: „Graeca scholia, quae olim in hunc auctorem ab eruditis in unum corpus collecta sunt, inter operas perlegimus, obiterque emendavimus; quantum iis licet, qui in typographorum gratiam festinanter hoc agunt.“ Libris manuscriptis usus est nullis; codices enim, quos nuncupat, intelligit plerumque libros typis expressos atque editos. Ecquis autem tam credulus erit, ut ex editoris, qui nunquam librorum manuscriptorum mentionem facit, verbis: „M. S. probari inscriptionem Βουκολικα“, vel „in cod., ex quo scholia descripserit, defuisse ea, quae ad epithalamium pertineant, quare hac lacuna sero animadversa in notis de-

successores ejus, qui, quamvis utiliter editione ejus usi sint, in vituperando ejus auctore sibi placere videntur, quod plurima ab illo non solum sagaciter tentata sed feliciter etiam emendata nunc a plerisque recepta sint, quod nemo illo solertius nova coegerit subsidia, et per Germaniam profecto primus idem veram, qua procederent Theocriteorum editores, viam accurate demonstraverit.“

1770, 4 mai. THEOCRITI SYRACUSII QUAE SUPERSUNT. Cum scholiis graecis auctioribus, emendationibus et animadversionibus in scholia editoris et Ioannis Toupii, glossis selectis ineditis, indicibus amplissimis. Praemittuntur editoris dissertatio de Bucolicis Graecorum, vita Theocriti a Josua Barnesio scripta, cum nonnullis aliis auctariis. Accedunt editoris et variorum notae perpetuae, epistola Joannis Toupii de Syracusiis, ejusdem addenda in Theocritum, necnon collationes quindecim codicum. Edidit Thomas Warton, S. T. B. Coll. SS. Trin. Socius, nuper poeticae publicus praelector. Oxonii, e typographeo Clarendoniano MDCCLXX. *II Voll.* — Curae posteriores, siue Appendicula Notarum atque emendationum in Theocritum Oxonii nuperrime publicatum (*editore I. Toup*). Londini, apud Ioh. Nourse. MDCCLXXII. 4. —— lx, 236 pp., 40 *ff.* index; 2 *ff.* praefixa, 412 pp., 2 *ff.*, 45 pp., et 1 *f.* index. Haec splendida editio luculentissimum apparatum criticum complectitur. Habuit enim *Wartonus Iacobi* Sanctamandi schedas, quibus continentur non solum variae lectiones codicum Vaticanorum, Mediceorum, Ottoboniani, Florent., sed etiam glossae scholiaque ex iisdem codicibus descriptae; deinde etiam liberalissime adiutus est Salvinio, professore graecarum litterarum Florentino, qui ipsi communicavit tres quatuorve schedas; tum *Io. Toupio* aliisque. *Iacobsius* primum accurate de omnibus *Wartoni* subsidiis agit in sua praefatione p. LXXXVIII sqq.; deinde diiudicat id, quod praestitit, p. CVII sqq., quae hic describam. Sunt autem: „Recensitis ita, quae Wartono suppeterent, subsidiis, sive numerum spectes sive auctoritatem sane praestantissimis, superest jam, ut postremo, qua ratione iis usus sit quidve eorum ope in textu Theocriti emendando vel corrigendo praestiterit editor, paucis videamus. Duplex autem editoris officium quum sibi ipse imposuerit, critici alterum, alterum interpretis, de utroque videtur singulatim agendum. Textum igitur, quem recensionis suae basin esse vellet, elegerat Heinsianum. ... Quem si ita repetivisset, ut, quae singula olim emendaverat Heinsius, iis reliqua corrigendo adaequaret, aut ubi negligenter ille vel obiter egerat, ratione certa perlustrans omnia, nova etiam jaceret et solida fundamenta, apud neminem profecto in reprehensionem incurrebat. At eundem plane textum ne voculа fere in eo mutata quum typis exarari curaret, non potuit non fieri, ut de consilio etiam, quo prae ceteris Heinsio volebat uti duce, ab omnibus acriter vituperaretur. Quod enim primarium est officium editoris, qui novam non ipse molitur recensionem, ut optimam scilicet, quam diligenter sequatur, sibi eligat recensionem, id Wartonus quidem videtur plane neglexisse. Nam Heinsius qui tantum abest, ut certa via procedat ipse, ut plerumque titubet, dux et antesignanus nemini profecto esse debebat, nedum Wartono, cui, ut illam superaret, omnia praesto erant subsidia. Vituperandus est praeterea Wartonus, quod in poetae textu atque in scholiis edendis accentuum omitteret designationes, cujus facti sero quidem eum poenituisse videtur; ...... Nullam igitur critici muneris provinciam praeter conjecturalem quam sibi relinqueret, laudi tamen dandum censeo, quod, quum corrigendi atque mutandi libidine flagraret, a pernicioso, quo plerosque vides abreptos, abstinebat furore, conjecturas suas in textum statim recipiendi. (*Not.* Quarum conjecturarum quum singulae aut felicissimae per se sint, aut propter ingenii acumen maximopere commendabiles, maxima tamen pars minime necessaria esse videtur, et pleraeque ab omni adeo verisimilitudine prorsus abhorrent. ....) Quae quum ita sint, apparet profecto, praeclaram illam, ..., subsidiorum copiam frustra fortunae beneficio oblatam esse Wartono, quippe qui nullam praeter divulgationis laudem ex ea sibi vindicaret. Frustra quoque circumspicies praecepta quaedam generalia vel principia satis firma, quae diuturnus librorum manuscriptorum usus facile suppeditat, quibusque non sine fructu utantur successores. Imo desideratur haud raro interior linguae Graecae scientia et accurata harum rerum doctrina, quam ingenii quamvis summum acumen frustra plerumque supplere studet. — Interpretis munere, quatenus scilicet interpres bonus esse potest, qui non item bonus est criticus, feliciori modo functus esse videtur. Immensam locorum, quae dicunt, parallelorum multitudinem usque ad hunc diem plurimis viris doctis, qui alieno ornatu splendere ipsi non dedignan-

tur, utilem, aliisque multis sine dubio etiamnum profuturam, ex diversissimis omnis aevi auctoribus atque litterarum generibus collegit. Plurima tum verissime ab eo sunt monita, alia nitide, eleganter alia exposita, ut sanam mentem, subtilem judicandi rationem et ingenium poetica facultate subactum nunquam desideres." *Toupii* Curae posteriores non necessarie ad *Wartoni* editionem pertinent, attamen illi adduntur. *Toupius* in iis multam plurimis locis afferebat lucem, sed acerbissime atque iniquissime saepe in alios doctos viros invehitur.

1772, 4. Theocriti, Bionis et Moschi, quae supersunt, Dosiadae Rhodii ara, Callimachi hymni et epigrammata, graece. (*Ex recensione Rich. Fr. Ph. Brunckii.*) Argentor., Heitz. —— *Brunckius* tantummodo unum exemplar typis in ch. holl. ex suis Analectis separatim describi iussit, quo *Larchero* gratias ageret pro sua benignitate. Is enim *Brunckio* codicum mstorum Paris. collationes comparaverat.

1779, — 1781, 8. THEOCRITI, BIONIS, et MOSCHI Carmina bvcolica. Graece et Latine. Latino carmine pleraque reddita ab Eobano Hesso, nonnulla a G. E. Higtio subiecit, Graeca ex Edd. primis, Codd. & aliunde emendavit, variisque lectionibus instruxit L. C. Valckenaer. Lvgd. Bat., Apvd Ioannem le Mair, CIƆIƆCCLXXIX. — Lvgd. Bat., Apvd Abrahamvm et Janvm Honkoop, CIƆIƆCCLXXXI. —— 1 tab. fig., 7 *ff.*, 567 pp. Rep. 1810. *Valckenarius* usus est copiis a *Wartono*, *Reiskio* aliisque adparatis, atque praeterea editionibus vetustis, *Tiberii Hemsterhusii* coniecturis, quas ille in margine editionis Heinsianae adnotaverat, variis lectionibus codicis Parisini, variis etiam lectionibus, quas olim Salmasius ex codicibus Palatinis in margine editionis Heinsianae adnotaverat. Fundamentum editionis fecit Valckenarius Wintertoni textum.

1780, 8. Theocriti Reliquiae, graece et latine. Ex recensione et cvm animadversionibus Theophili Christophori Harles. Lips., sumt. haered. Weidmann. et Reich. CIƆIƆCCLXXX. —— LXII, 482 pp., 26 *ff.* index. 1 *Th.* 20 *Gr.* Praemissa est dissertatio de Theocriti Dorismo atque brevior criticae in textum ejusdem poetae supellectilis editionumque divulgatarum notitia. Dissertationem illam recte omisit *Kiesslingius*, cum prorsus nullius momenti esset. Praeterea pauca ex suis addidit Harlesius, maximamque adnotationum partem ex notis priorum editorum excerpsit atque compilavit. Haec recepit quidem Kiesslingius in sua editione, sed false in iis dicta resecuit, admodum trita omisit, quae non satis definite exposita erant, aptioribus verbis reddidit. Maximi momenti in Harlesii editione sunt variae codicis msti August. lectiones; deinde etiam *Schreberi* observationes.

1780, 4. TEOCRITO, MOSCO, BIONE, SIMMIA GRECO - LATINI con la Bucolica di Virgilio latino - greca volgarizzati e forniti d'Annotazioni da Eritisco Pilenejo. Parma della Stamperia Reale M.DCC.LXXX. Con approvazione. *II Voll.* —— 4 *ff.* praefixa, XXIV, 403 pp.: textus graecus et versio latina italicaque, 160 pp.: annotazioni agl' idillj, ed epigrammi di Teocrito; 3 *ff.* praefixa, 245 pp.: Le Poesie di Mosco, Bione, e Simmia, con annotazioni; 144 pp.: Poesie bucoliche di Eritisco Pilinejo. Bibl. acad. Lips. Alia exx. habent inscr.: *Parigi*, *Tilliard.* Editoris nomen est *Iosephus Maria Pagnini.* Notae sunt varii argumenti, quippe quibus nunc sententiae sensusque illustrantur vel poeticae virtutes exponuntur, nunc de rebus criticis, rarius autem de grammaticis agitur. Diligentissime editor collegit loca parallela, quae dicuntur.

1782, 8. Theocriti Idyllia, cum scholiis selectis scholarum in usum edidit F. And. Stroth. Gothae, Ettinger. —— *V.* 1789.

1789, 8. — Gothae sumtibus C. G. Ettingeri MDCCLXXXIX. —— VI, 230 pp. Hanc novam editionem curavit *F. Jacobsius. V.* 1782 et 1808.

1792, 8 mai. Idylles et autres poésies de Théocrite, traduites en françois, Avec le texte grec, des notes critiques, la version latine et un discours préliminaire, par M. (*J. Bapt.*) Gail. A Paris, de l'imprimerie de Didot aîné. M.DCC.XCII. *II Voll.* —— XV, 479 pp. 9 *fr.* *Gailius* nihil in constituendo textu profecit.

1795, 4. Idylles et autres poésies de Théocrite, et Amours de Héro et Léandre, traduites en françois, avec le texte grec *etc.* par J. B. Gail. Nouvelle édition. Paris., chez Baudelot, An IV. *III Voll.* —— Cum X figg. 24 *fr.*, ch. m. 36 *fr.*, sine figg. 18 *fr.*

1804, 8. Theocriti Carmina. Recensuit et annotationibus instruxit J. Ch. Gu. Dahl. Lips., in libr. C. F. R. G. S. de Kleefeldt. MDCCCIV. —— XVI, 492 pp., et 2 *ff.*: Corrigenda. 1 *Th.* 16 *Gr.* *Dahlius* textum emendavit, atque in notis suis omnes interpretes in suum usum vocavit.

1808, 8. Theocriti Idyllia ex recensione Valckenarii cum scholiis selectis scholarum in usum edita. Editio tertia emendatior. Gothae, sumtibus heredum Caroli Gul. Ettingeri. MDCCCVIII. —— VIII, 261 pp. 16 *Gr.* Ornamentum huius editionis, quam etiam *F. Jacobsius* curavit, sunt eiusdem viri coniecturae atque emendationes, quas vel proposuit, vel statim in textum recepit. Notae exegeticae paucae sunt, sed plenae uberrimae frugis. Ex iis, quae *Strothius* addiderat, plura, vel falso vel non satis apte dicta, omisit.

1809, 12. Theocritus, Bion et Moschus, ad optimorum librorum fidem emendati, cum brevi notatione emendationum. Curavit Godof. Henr. Schaefer. Lips., typis Tauchnitz. MDCCCIX. —— XVI, 240 pp.

1810, f. max. THEOCRITI quae supersunt. Ex recensione L. C. Valckenarii emendatius edita curante Gf. H. Schäfero. Lips. typis Caroli Tauchnitzii. —— 16 *Th.* Editio splendidissima, quae hodie raro occurrit. Schaeferus condidit textum vulgatum.

1810, 8 mai. Theocriti, Bionis et Moschi Carmina. Graece cum commentariis integris L. C. Valckenarii, R. F. P. Brunckii, I. Toupii. (*Edente L. F. Heindorfio.*) Berol., e libr. scholae realis. MDCCCX. *II Voll.* —— XX, 384 pp.; 1 *f.*, 564 pp., et 1 *f.* Corrigenda. 4 *Th.*, ch. scr. 5 *Th.* 12 *Gr.* Volumen II. continet *Valckenarii* Adnotationes in Adoniazusas Theocriti, eiusdem epistolam ad Matth. Röverum, eiusdem etiam commentarium in Moschi epitaphium Bionis, *Toupii* epistolam de Syracusiis, eiusdem Addenda in Theocritum, eiusdem Curae posteriores, atque indices.

1816—1820, — 1823, 8 mai. —— *V.* Poetae. I. Aa). *Gaisfordus* magna multaque sua subsidia critica, quae sibi ex bibliothecis Italicis comparaverat, non ita adhibuit, ut multum Theocrito profecerit. Textum enim ex recensione Valckenarii typis describi iussit, sed potius Schaeferi recognitionem recepit, quamquam eiusdem viri nomen nusquam in praefatione commemorat. Fortasse festinanter laboravit *Gaisfordus*, quam suspicionem multi errores in enotandis variis lectionibus commissi excitant. Huc transscribam *Jacobsii* de hac editione iudicium, ex eiusdem praefatione p. CLIV sq. depromptum. Quod est: „Ingens sane cumulatus est in hac editione apparatus criticus non solum a Wartoniana suppellectile diversus, sed ea aliquanto etiam locupletior. Quod si vero ulcera, sine codicum auxilio Schaefero judice ἀναλθῆ, nova hac subsidiorum accessione putes sanata, in magno profecto versaberis errore. Paucissima enim si exceperis loca, quibus sensus fortasse commodior vel aptior e novarum lectionum usu possit restitui, reliqua lectionis varietas fere omnis ita comparata est, ut ex ea de dialecti quidem subtilitatibus, de nominum orthographia, de sermonis proprietate, de linguae analogia necnon de metrorum formis certius tibi formes judicium, numquam vero vel rarissime tantum ab ea, ut de ipsis poetae sententiis immutandis cogites, animus tuus inducatur. Quum vero libri manuscripti, quorum collationes in opere Gaisfordiano continentur, ut numero spectabiles ita diversissimae certe originis sint, utpote qui ex plurimis Italiae oppidis colligerentur, praesertimque aetate, qua describerentur, inter se maximopere differrent, quid jam auxilii locis adhuc desperatis exspectes ex codicibus futuro tempore detegendis atque evolvendis, quum, si qui detegantur, eos cum antea jam collatorum uno vel altero conspiraturos vel consensuros esse, ex rerum natura facile colligas. Quae quum ita sint, tantum abest ut locis Theocriti difficilioribus novam lucem ex libris mss. etiamnum accensum iri sperem, ut nova interpretatione credam feliciter fortasse quaedam posse expediri, alia vero semper fore nobis inexplicabilia non propter scriptionis vitia, sed nostram rerum verborumque inscitiam.“ Et p. CLXIV sq.: „Summum vero incommodum, quo in Gaisfordianae editionis usu se impeditos vel turbatos sentiunt lectores, in eo consistit, quod nullibi certum fundamentum, i. e. textus recensio, ad quam immensa lectionis varietas referatur, reperitur indicata. Ita saepe accidit, ut, quod viginti quatuor codices uno loco exhibeant, probe scias, plane autem ignores, quid offerant totidem alteri.“

1817, 8. Theocritus, Bion et Moschus. Nova editio accurata in usum praelectionum academicarum et scholarum. Lips., sumtib. Weigelii, Lugd. Bat., apud Luchtmans. 1817. —— XX pp.: Argumenta graeca, 145 pp., et 1 *f.* *Weigelius*, vir de litteris humanioribus optime meritus, codicum mstorum, qui in bibliothecis italicis latent, lectiones per viros eruditos magni suis sumptibus exscribi fecit, praeparans accuratissime emendatam Bucolicorum graecorum editionem, cuius curam *Gf. Hermannus* in se susceperat. Sed spes longa nos fefellit. Hae schedae in *Weigelii* scriniis latent.

1818, — 1827, 8. Theocriti, Bionis et Moschi quae supersunt, graece. Halae, Orphanotr. —— II, 165 pp.

1819, 8. Theocriti Reliquiae, Graece et Latine. Textum recognovit et cum animadversionibus Theophili Christophori Harlesii, Io. Ch. Danielis Schreberi, aliorum excerptis suisque edidit Theophilus Kiessling. Accedunt argumenta graeca, scholia, epistola Iac. Morellii ad Harlesium et indices. Lips., in libr. Weidmannia cıɔıɔcccxvi. —— XII, 1040 pp., et 2 *ff.* Addenda et Corrigenda. Ut profitetur *Kiesslingius* p. V. recepit textum, quem ad certas verasque artis criticae leges castigatum dedit Valckenarius, ita tamen, ut non neglecta fuerint, quae alii post Valckenarium viri critico acumine literarumque graecarum ...... sive codicum ducti auctoritate, sive argumentis ex sola linguae graecae indole repetitis in poetae scriptura mutanda et novanda existimarunt. Aliae contra mutationes sola coniectura natae rarissime factae sunt. Duabus in rebus virtutes, quibus editio Kiesslingiana excellit, cernuntur; in diligentissima nimirum omnium, quaecunque in Theocritea a viris doctis scripta sunt, collectione, eorumque recto usu, et in uberrimis, quas proprio Marte composuit, notis criticis, grammaticis, atque exegeticis. Virorum doctorum notae rarissime in editione Kiesslingiana leguntur integrae, sed consilio prudentissimo ita excerptae et inter se compositae atque conglutinatae, ut et brevitati et perspicuitati sic optime consuleretur. Coniecturarum ex editoris ingenio profectarum, quae inprimis ab initio operis admodum frequentes in notis apparent, paucissimae tantum in locis difficilioribus vel desperatis divinandi ratione audaciori sanandis versantur, multo maior pars interpunctioni rectius instituendae, formis dialecti Doricae reducendis, vocabulis inusitatis vel ineptis cum probatis et aptioribus commutandis, vitiis denique orthographicis inservit tollendis multisque aliis ad certiores grammaticae leges conformandis."

1820, — 1826, 12. Theocritus, Bion et Moschus. *Editio ster.* Lips., Tauchnitz. —— 4 *Gr.*

1820, 8 min. THEOCRITI CARMINA Cum veteribus scholiis ad fidem optimarum editionum recensita, annotationem criticam in scholia adiecit I. Geel. Amstelodami, apud P. den Hengst et Fil. MDCCCXX. —— VIII, 150, 334 pp. Orationem Theocriti graecam curavit *H. van Reenen*, annotationes autem atque scholia usque ad p. 248 graeca *Hamaker*, reliqua *Geelius*. Notae ad scholia sunt criticae atque exegeticae. Scholia sunt ex Wartoni editione expressa.

1821, 8. —— *V.* Poetae. I. Bb) 3).

1821, 8. Theocriti Idyllia. Cum scholiis selectis scholarum in usum edita. Editio quarta emendatior. Gothae, Ettinger. —— 16 *Gr.*

1823, 32. Theocritus, Bion et Moschus. Curante I. Fr. Boissonade. Paris., apud Lefevre. —— 5 *fr.*

1824, 8 mai. Theocriti, Bionis et Moschi quae supersunt, graece, cum scholiis graecis. Textum ad optimas edd. et ad codd. mss. fidem quam diligentissime exprimi curavit, carminum argumenta indicavit, varias codicum mss. et edd. vett. lectiones conjecturasque virorum doctorum subjunxit, indices locupletissimos adjecit I. A. Jacobs. Tomus I. (*complectens editoris praefationem, Theocriti idyllia cum variis lectionibus*). Halae, in libr. Orphanotrophei. MDCCCXXIV. —— ccxvi, 504 pp. 3 *Th.*

1825, 12 mai. Theocriti, Bionis et Moschi Carmina, edidit A. Meineke. Accedit brevis annotatio critica. Lips., Teubner. MDCCCXXV. —— IV, 143 pp. oratio graeca, p. 144—151 annotatio critica. 10 *Gr.*, ch. angl. 16 *Gr.*

1826, 8. Theocritus, Graece et Latine. Recognovit et cum animadversionibus Harlesii, Schreberi aliorumque excerptis, suisque edidit Theoph. Kiessling. Accedunt praeter argumenta, scholia et indices in Theocritum, Bionis et Moschi Carmina, Graece et Latine, cum commentariis integris Valckenarii, Brunckii, Toupii edidit Heindorf; nec non M. Aemilii Porti Dictionarium Doricum Graeco-Latinum, totius Theocriti, Bionis et Moschi variorum opusculorum interpretationem continens. Lond., Priestley. *II Voll.* —— 18 *sh.*

1830, 8. Theocriti Reliquiae. Recognovit et illustravit E. F. Wuestemann. Gothae, in libr. Hennings. MDCCCXXX. —— XLVIII, 435 pp. 1 *Th.* 18 *Gr.*, ch. mel. 2 *Th.* 2 *Gr.*, ch. membr. 3 *Th.* Quanquam editor in criticis rebus non omnibus satisfacere potuit, tamen in exegeticis bene de Theocrito meritus est. Conf. censuram in *Iahnii* Annal. 1831. Vol. I. p. 261 sqq.

Bb) *Delectus.*

1552, 4. Theocriti Idyllium primum Graece, cum Graeca paraphrasi & an-

notationibus Federici Jamotii. Paris., apud Martinum Iuvenem MDLII.

1585, 4. Theocriti Idyllia aliquot, Graece; in quibus quae ad hanc usque diem desiderabantur, vetustorum exemplarium ope restituta sunt. Lutet., apud Fed. Morellum. MDLXXXV. —— Ex praefatione graeca *Maittairius* in Annal. typopr. T. III. p. 793, qui mihi etiam hanc notitiam suppeditavit, refert haec: „*Φεδερικος Φιλοθεοκριτῳ χαιρειν. Οὐ παντα τα τȣ Θεοκριτȣ εἰδυλλια χαριζεται σοι ταυτη ἡ ἐκδοσις ἡμετερα, ἀλλα γε τα μεχρι τȣ νυν ἐλλιπη* [scl. *Ἡρακλισκος, Ἐγκωμιον εἰς Πτολεμαιον, Χαριτες, Ἡρακλης λεοντοφωνος, Ὀαριςυς, Μοσχȣ Ἐπιταφιος Βιωνος*], *ἐκτελη ταυτα παρεχει — Χαριτι και καλοκαγαθιᾳ τȣ Φραγκισκȣ Ῥȣπιφȣκαλδιȣ Κλαρομοντανων ἐπισκοπȣ, ὁςις ἐν τη προς Ἰταλιαν ἐπιδημιᾳ παρα τȣ Νικολαȣ Μαιωρανȣ παραδειγμα χειρογραφον των δ'αναπληρωματων παρελαβε, και δε και τȣτων ἀντιγραφον ἀνιων ἐμοι ἐδωκεν. — τȣς δε Ἰωαχιμῳ τα τοιαυτα προσαπτονιας ἐπη, πολλα χαιρειν ἐασεις.*“ *etc.*

1655, — 1659, 4. Quaedam selecta Theocriti Idyllia, impressa maiore charactere, sculptura adornata, latinoque carmine reddita, graecis e regione appositis, auctore Davide Whitfordo. —— *V.* Musaeus. I.

1668, 4. Theocriti Idyllia IV (XVI. XVII. XIX. XXI.) In usum studiosae juventutis edita. Helmst., Müller. —— 8 *ff.*

1674, 8. Theocriti Idyllium IV, IX, XVI, XVIII. Graece et Latine. —— In *Io. Vorstii* Poetarum veterum Graecorum Poematum select. Berol.

1683, 8. Selecta quaedam Theocriti idyllia, cum interpretatione et scholiis Georgii Sylvani, Panonii Medici. Londini.

1695, — 1710, 8. Theocriti Anacreonticum in mortuum Adonin, graece et latine. —— *V.* Anacreon. I. Aa).

1773, — 1810, 8. Decem Eidyllia, latinis pleraque numeris a C. A. Wetstenio reddita. In usum auditorum cum notis edidit ejusdemque Adoniazusas uberioribus adnotationibus instruxit L. Casp. Valckenaer. Lugd. Bat., apud Ioann. le Mair. cIↃIↃccLXXIII. — Editio altera. Lugd. Bat. MDCCCX. —— 4 *ff.*, 416 pp., 6 *ff.* Multa *Valckenarius* profecit. Selegit sibi idyllia quatuor priora, deinde VI. VII. IX. XI. XV. XVIII. et XX., atque usus est codicibus atque editionibus veteribus. Commentarium etiam adiecit, qui uberrimas divitias doctrinae editoris habet.

1779, 8. Selecta quaedam THEOCRITI Idyllia. (I. IV. VI. VIII. IX. X.) Recensuit, variorum notas adiecit, suasque animadversiones partim latine, partim anglice scriptas, immiscuit, Thomas Edwards, S. T. P. In Usum iuventutis academicae. Cantabrigiae, typis academicis excudebat I. Archdeacon: sumptibus I. Woodyer, bibliopolae. M. DCC. LXXIX. —— 5 *sh.* Fundamentum textus sunt editiones a. 1676 et 1699; versio latina quidem est vulgata, sed eam editor ita mutavit, ut nova fere dici mereatur.

1796, 8 mai. Theocriti Epithalamium Helenae. Ex recensione Valckenarii, animadversionibus illustravit et disputationem de carminibus veterum nuptialibus praemisit C. Gu. Siebdrat. Lips., Fleischer. —— XII, 152 pp. 12 *Gr.* Conf. ephem. litter. Lips. 1796. III. p. 663 sqq.

1802, 8. Cantones Theocriti Idyllium VIII. latino versu expressum. Accedit Spicilegium observationum inprimis de carmine amoebaeo. Die Feldsänger, eine Idylle nach der achten des Theokritus. Auctore Ch. Gli. Wernsdorfio. Helmstadii, typis Fleckeisenii, acad. bibliop. cIↃIↃcccII. —— 40 pp.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1531, 8. Theocriti Idyllia, Latino Carmine redddita, Helio Eobano Hesso interprete; accesserunt recens Theocriti Genus et vita, de inventione ac discrimine Bucolicorum Carminum, singulorum Idylliorum Argumenta a quodam Graece Latineque erudito Latinitate donata. Basileae excudebat Andreas Cratander Anno M. D. XXXI. Mense Septembri.

1539, 8. Theocriti Syracusani Poetae clarissimi Idyllia triginta sex recens e Graeco in Latinum, ad verbum, translata; Andrea Divo Iustinopolitano interprete. Eiusdem Epigrammata, Bipennis, Ala, & Ara, latinitate donata, eodem Andrea Divo interprete. Venetiis, apud Haeredes D. Iacob a Burgofrancho, Papiensis. Mense Februario MDXXXIX. —— 75 pp.

1554, 8. Theocriti opera recens e Graeco in Latinum ad verbum translata

Andrea Divo Iustinopolitano interprete. Basileae, apud Ioannem Oporinum. *In libri calce*: Bernae in Helvetiis, per Samuelem Apiarium, sumptibus Ioan. Oporini M. D. LIIII. Mense Septembri.

1788, 8. Theocriti, Bionis et Moschi idyllia, a Ben. Zamagna latinis versibus reddita. Senis, Pazzini.

Bb) *Delectus.*

1503, 4. Theocriti Syracus. Bucolicum sive potius aeoolicum carmen a Philetico traductum atque perpaucis ab Ascensio elucidatum. *Insigne Jean Petiti typogr. In fine:* Finis theocriti festinanter ab ascensio adnotati his idibus octobribus anni MDIII. — Hanc notitiam mihi suppeditavit *Panzer* in Annal. typogr. T. VII. p. 506. no. 55. Aliam editionem a. 1510 indicat *Ebertus* in Bibliogr. Lexicon, no. 22789.

B. germanicarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1757, — 1767, 8. Die Idyllen Theokrit's, Moschus und Bions, aus dem Griechischen übersetzt (*von Lieberkühn*). Berlin, Lange. — Hanc versionem recensuit *Lessingius* in Bibliothek der schönen Wiss. T. II. P. II. p. 366 sqq. Rec. in eiusdem: Sämmtliche Schriften, T. XXVI. p. 389 sqq.

1772, — 1784, 8. Idyllen des Theokrit, Bion, Moschus und Koluthus. Aus dem Griechischen von Karl Aug. Kütner. Mitau u. Leipz., Hinz. — Zweite Ausgabe. Altenburg. — Haec versio prosaica est.

1793, 8. Theokrit's Idyllen und Epigramme. Aus dem Griechischen metrisch übersetzt und mit Anmerkungen von E. Casp. Bindemann. Berlin, Franke. 1793. — 22 *Gr.*, cum figg. 1 *Th.* 16 *Gr.*

1808, 8 min. Theokrit, Bion und Moschus, übersetzt von I. H. Voss. Tübingen, Cotta. — 1 *Th.* 4 *Gr.*, ch. mel. 2 *Th.* 8 *Gr.* Rep. 1815.

1815, 8. — Wien. — Cum figg. Haec Vossianae interpretationis repetitio furtim facta est. *V.* 1808.

1819, 8. Theokrit's Idyllen, wörtlich treu übersetzt von J. Witter. Hildburgh., Kesselring. — 1 *Th.* 12 *Gr.* Conf. Supplem. ephem. litt. Jenens. 1822. no. 77. 78.

1828, 16. Theokritos, Bion und Moschus. Uebersetzt und mit Biographien der Dichter, Einleitungen und kurzen Anmerkungen versehen von A. W. R. Naumann. Prenzlau, Ragoczy. *II Voll.* — 8 *Gr.*

Bb) *Delectus.*

aa) *Plures.*

1758, 8. Der Cyklop, die Feldsänger, die Fischer, übersetzt von K. W. Ramler. — *V.* eius: Batteux. Vol. I.

1767, 8. Drei Idyllen Theokrits, übersetzt von J. B. Köhler. — *V.* eius: Notas et emendationes in Theocritum. Lubecae. Haec versio iam antea prodiit in eph.: Unterhaltungen. Vol. VII. p. 156 sqq.

1769, 8. Idyllen des Theokrit, aus dem Griechischen, von J. G. Sam. Schwabe. Jena, Cuno. — 6 *Gr.* Versa sunt Theocriti Idyllia I. III. IV. VI. VIII. XVIII. XX. XXVII. atque Moschi carmen in mortem Adonidis.

1771, 12. (XX) Idyllen aus dem Griechischen des Theocritus. Halberstadt. — 12 *Gr.*

1782, 8. Theokrit IX Idyllen, übersetzt von Ch. Graf zu Stolberg. — *V.* eius: Gedichte aus dem Griechischen, p. 139—190. Exhibentur versa idyllia I. II. VIII. IX. XI. XII. XVIII. XXI. XXV.

1783, 8. Das Adonisfest und Theokrits elfte Idylle, von J. H. Voss und K. F. Hindenburg. — In: Sammlung der besten zerstreuten Uebersetzungen. (Berlin) Vol. I. p. 23 et 155. Haec carmina iam antea versa prodierunt in Götting. Musenalmanach 1780, et in: Deutsch. Museum. 1779. m. Ian.

1785, 8. Die Schnitter und das Adonisfest, übersetzt von J. H. Voss. — *V.* eius: Gedichte. (Hamburg) Vol. I. Antea inseruit interpres haec carmina suo libro: Musen-Almanach. 1780.

1788, 8. Die 11. 8. und 21. Idylle von K. W. Rammler. — V. *Briegeri* Griechische Blumenlese. p. 77—91. Haec idyllia iam leguntur versa in *Ramleri* Batteux, Vol. I.

1789, 4. — 1808, 8. Vierzehn Idyllen und sechs Epigramme des Theokrit, metrisch übersetzt von F. L. K. von Finckenstein. — *V.* eius: Arethusa oder die bukolischen Dichter des Alterthums. T. I. *V.* Poetae. II. B.

1790, 8. Der Cyklop und der Gesang der Rinderhirten, von J. H. Voss. — *V.* eius: Musen-Almanach. Hamburg. Rep. in suis: Gedichte. (Königsberg) Vol. II.

1792, 8. Zwei Idyllen des Theokrit, übersetzt von E. C. Bindemann. — *V.* Neuer Deutscher Merkur. 1792.

1792, 8. Theocrits zweite und dritte Idylle, von C. Ph. Conz. —— *V.* Neuer deutscher Merkur. P. X. no. II. P. IV. no. I.

1793, 8. Einige Idyllen aus Theokrit, von K. Ph. Conz. —— *V.* eius: Analekten. (Leipz.) p. 105—141. Metrice versa sunt carmina II. XII. XVI. XX.

1797, 8. Die Feldsänger, Theokrits achte Idylle; die Fischer, Theokrits ein und zwanzigste Idylle; der todte Adonis, Theokrits dreissigste Idylle, übersetzt von J. H. Voss. —— *V.* eius: Musen-Almanach. Hamburg.

1798, 8. Einige Idyllen Theokrits von J. H. Voss. —— *V.* eius: Musen-Almanach. Hamb.

bb) *Carmina singula.*

1766, 8. Die erste Idylle Theokrits, übersetzt von v. Finkenstein. —— *V.* ephem.: Greis. T. XVI. p. CLVIII.

1769, 8. Der todte Adonis, übersetzt von Clodius. —— *V.* eius Versuche. P. IV. p. 681 sq.

1771, 8. Alcinadure nach dem Theokrit, von J. N. Götz. —— In *Schmidii* Anthologie. Leipz.

1772, 8. Die Feldsänger, von K. G. Anton. —— *V.* eius: Treue Uebersetzung. Leipz.

1782, 8. Das Adonisfest aus dem Theokrit von J. H. Voss. —— *V.* eius: Musen-Almanach, p. 83—99.

1782, 8. Theokrits neunzehnte Idylle, übersetzt. —— In *Städlini* Schwäbischer Musen-Almanach. p. 39.

1783, 8. Die funfzehnte Idylle, von Albert Bayer. —— *V.* eius Adnotationes quasdam in Theocriti Idyll. XV. Erlang. Soluto sermone haec versio facta est.

1784, 8. Die dritte Idylle, übersetzt von C. A. Clodius. —— *V.* eius: Odeum. Leipz.

1785, 8. Die eilfte Idylle des Theocrit übersetzt (*von L. W. H. Tübner*). Braunschweig.

1787, — 1821, 8. Amor der Honignäscher, von J. F. Degen. —— *V.* Anacreon. I. AA. Aa).

1788, 8. Der Cyklope, von G. W. C. Starke. —— *V.* eius: Gedichte. Bernburg.

1791, 8. Daphnis, übersetzt von Mich. Denis. —— *V.* Ossians und Sineds Lieder. Wien.

1792, 8. Theokrits eilfte Idylle, von J. C. Jahn. —— Ex versione *Küttneri* in libro: Rhetorisch-poetisch-praktische Anthologie. (Hildburgh.) p. 281 sq.

1793, 8. Amor, von K. Ph. Conz. —— *V.* eius: Analekten. (Leipz.) p. 74.

1794, 8. Die erste Idylle, übersetzt von Mund. —— *V.*: Neue Blumenlese deutscher Originalgedichte u. Uebersetzungen. Thorn.

1794, 8. Die Grazien oder Hieron, ein griechisches moralisch-philosophisches Lehrgedicht von Theokrit; aus dem Griechischen (übersetzt u. erläutert) von Hrn. Gr. von F-n. —— In Berliner Monatsschrift. P. I. p. 1—10. Interpretis nomen est *Finkenstein.*

1796, 8. Die Zauberinn. Theokrits zweite Idylle, von J. H. Voss. —— *V.*: Horen P. VI. Tübing.

1796, 8. Der Cyklope. Theokrits eilfte Idylle. Neu übersetzt von E. C. Bindemann. —— *V.* Berliner Archiv. der Zeit und ihres Geschmacks. 1796. m. Dec.

1796, 8. Die Syrakusanerinnen am Adonisfest in Alexandrien. Theokrits funfzehnte Idylle. Neu übersetzt von J. H. Voss. —— *V.* Genius der Zeit. 1796. m. Iun.

1796, 8. Die Chariten. Theokrits sechzehnte Idylle, von J. H. Voss. —— *V.* Horen. 1796. P. VI.

1796, 8. Die Dioskuren. Theokrits zwei und zwanzigste Idylle, von J. H. Voss. —— *V.* Horen. 1796. P. IX.

1796, 8. Herakles bei Angeias. Theokrits fünf und zwanzigste Idylle, von J. H. Voss. —— *V.* Horen. P. XI.

1797, 8. Der Hirt. Theokrits neunte Idylle von J. H. Voss. —— V. *Beckeri* Erholungen. Vol. IV.

1798, 8. Die Spindel. Theokrits acht und zwanzigste Idylle, von J. H. Voss. —— *V.* Musen-Almanach. (Hamburg.) p. 28 sqq.

1799, 8. Die Spindel. Theokrits 28. Idylle von F. A. Eschen. —— *V.* Neuer deutscher Merkur. 1799. m. Aug.

1800, 8. Der Honigdieb von J. H. Voss. —— *V.* eius: Musen-Almanach. (Neustrelitz.) p. 187.

1800, 8. Der Honigdieb, von F. K. L. Freiherrn von Seckendorf. —— *V.* eius: Blüthen griech. Dichter. p. 174.

1808, 8. Theokrits neuntes Idyll, übersetzt von K. Gotthard Elverfeld. —— *V.* Neue Mitausche wöchentl. Unterhalt. Vol. II. p. 443.

1824, 8. Der Kyklop, Theokrits XI. Idylle, metrisch ins Deutsche übertragen und erklärt von F. W. Weissgerber. —

V. Teutsches Museum, herausgegeben von E. Münch. (Freiburg, Wagner.) Vol. I. fasc. II. p. 225—250. Praemissa est versioni introductio de cyclopis, atque de idyllii praestantia. Notae, quas addidit interpres, sunt exegeticae, atque ad dialecti varietatem spectant.

cc) *Epigrammata.*

1782, 8. Eine Inschrift auf die Bildsäule der Venus Urania, von F. Leopold Graf zu Stolberg. —— In *Christiani Comitis de Stolberg* Gedichte aus dem Griechischen. p. 317.

1796, 8. Inschrift auf die Bildsäule der Aphrodite Urania von Theokrit. —— *V.* ephem.: Euphrosyne oder Journal für Frauenzimmer. Vol. I. P. III.

1796, 8. Zwei Epigramme des Theokrit, übersetzt von J. H. Voss. —— *V.* ephem.: Deutschland. P. VIII. p. 154.

1798, 8. Epigramme des Theokrit, übersetzt von J. H. Voss. —— *V.* eius: Musen-Almanach. 1798.

C. gallicarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1688, 12. Les idylles de Théocrite, traduites de grec en vers françois (*par de Longepierre*). Avec des remarques (et le texte grec). Paris, Auboüin.

1775, 8. — 1777, 12. Idylles de Théocrite, traduites en prose avec quelques imitations en vers de cet auteur, précédées d'un Essai sur les Poètes bucoliques (*par Chabanon*). Paris.

1789, 12. Les Idylles de Théocrite. Traduction nouvelle par Mr. Gin. Paris, Royez. *II Voll.*

1792, 12 et 18. Idylles de Théocrite, traduites en français, par J. B. Gail. à Paris, l'an IV. *II Voll.* —— 50 *cent.*, ch. membr. cum figg. 6 *fr.* 50 *cent.*, omissis figg. 5 *fr.*, ch. membr. 10 *fr.*

1794, 8. Idylles de Théocrite mises en vers françois, suivies de quelques idylles de Bion, Moschus et autres auteurs plus modernes (*par de Chateauneuf*). Amst., Changuion.

1800, 8. Idylles de Théocrite, traduites en françois, avec des remarques, par J. L. Geoffroy. Paris. —— 3 *fr.* Versio quidem elegans, sed non accurata est.

1822, 8. Idylles de Théocrite, traduites en vers français avec le texte grec, des notes et des remarques, par A. Gros. Paris, Nyon.

1822, 18. Idylles de Théocrite, précédées d'un essai sur les poètes bucoliques et suivies de notes par Servan de Sugny. Paris, Ponthieu. —— 3 *fr.*

1823, 12. — traduits par Géoffroy, revues par Planche. Paris, Brunot-Labbe. —— 5 *fr.*

1829, 12. Idylles de Théocrite, traduites en vers français précédées d'un Essai sur les poètes bucoliques, et suivies de notes, par M. Servan de Sugny. Seconde édition, revue et corrigée. à Paris, chez Blesso. —— 6 *fr.*

1833, 8. Les Idylles de Théocrite, suivies de ses inscriptions, traduites en vers français, par Firmin Didot. (*Avec le texte grec*). à Paris, Firmin Didot. —— 7 *fr.*

Bb) *Delectus.*

1561, 4. Charites; Idylle de Théocrite, traduite en vers par Claude Turrin. Toulouse.

17.., 4. La quatrième Idylle de Théocrite, traduite par J. Hardion. —— *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. IV. Mém. p. 520 sqq. ed. oct. T. VI. Mém. p. 238 sqq.

1828, 8. La XXII. idylle de Théocrite, traduite en français par Chanlaire. —— *V.* Journal de la Soc. du Dep. du Bas-Rhin. T. V. p. 343—352.

D. italicarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1718, 12. Teocrito volgarizzato da Anton Maria Salvini Gentiluomo Fiorentino. In Venetia MDCCXVIII. Presso Bastian Coleti. Con Licenza de Superiori. —— Versa sunt XXXVI Idyllia Theocriti, quae sequuntur duo fragmenta, atque idyllium Bionis, tria Idyllia atque epigramma Moschi; deinde Theocriti epigrammata aliaque. Simplicitate feliciter superavit ceteras versiones *Salvinius*. Rep. 1726 sqq.

1726, 12. Teocrito *etc.* Seconda Edizione. In Venezia MDCCXXVI. presso Bastian Coleti. Con licenza de' Superiori. —— *V.* 1718 et 1744.

1729, 8. Teocrito volgarizzato da Domenico Regolotti Romano, Professore di Poetica, e Lingua Greca nella Regia Università di Torino. Torino, Nell' Accademia Reale. Appresso Giambattista Chais Stampatore, e Libraro di S. M., e de' suoi Eccellentissimi Magistrati, e

della Regia Università. MDCCXXIX. — Haec versio magis paraphrasis, quam mera versio est.

1744, 12. Teocrito *etc.* Terza edizione. In Venezia, MDCCXLIV. presso Pietro Carminati. Con Licenza de' Superiori. — *V.* 1726 et 1754.

1754, 8. Teocrito. *etc.* Edizione Seconda accresciuta colle annotazioni del celebre Signor Abate Regnier Desmarais date ora per la prima volta in luce. In Arezzo MDCCLIV. per Michele Bellotti. Con licenza de' Superiori. — Haec est versionis editio quarta, quamquam secunda appellatur. *Desmaraisii* notae pertinent ad quindecim priora Idyllia. *V.* 1744.

1776, 8. Le Odi di Anacreonte, e gl' Idillj ed Epigrammi di Teocrito, Bione e Mosco, tradotti in rime italiane dal Conte Cesare Gaetani della Torre, patrizio siracusano. Siracusa per Pulejo. — Haec collectio complectitur versiones variis metris compositas LVIII odarum Anacreonticarum, XXIX idylliorum et XXII epigrammatum Theocriti, IX idylliorum et VII fragmentorum Bionis, et IX idylliorum atque epigramma Moschi.

1606, 4. Theodori, Episcopi Cariae, opuscula XLII, contra varios infideles Nestorianos, Judaeos, & Mahometanos, graece et latine edita studio & opera Francisci Turriani, et Iacobi Gretseri. —— *V.* Anastasius Sinaita. I. 1).

1624, f. — graece et latine. —— In *Frontonis Ducaei* Auctario. (Paris.) Tom. I.

1644, — 1654, f. — graece et latine. —— In Bibl. PP. (Paris.) Tom. XI.

1741, f. — graece et latine edidit Iacobus Gretserus. —— *V.* eius: Opera. (Ratisb.) Tom. XV. p. 342 sqq.

Bb) *Singula opuscula.*

1685, 8. Theodori Abucarae tractatus de unione et incarnatione, e codice MS. Bodleiano primus edidit latinamque versionem addidit Andreas Arnoldus. — *V.* Athanasius Alexandrinus. I. Cc) 3).

1725, f. — graece e codice msto Bodleiano cum versione latina. —— V. *Henr. Canisii* Lectiones antiqq. edente Basnagio. Tom. II. P. II. p. 473 sqq.

II. *Editiones versionum latinarum.*

Aa) *Opera omnia.*

1618, f. Theodori Abucarae opuscula, latine. —— In Bibl. PP. (Colon.) Tom. IX.

1677, f. —— In Bibl. PP. (Lugd.) Tom. XVI.

Bb) *Delectus.*

1575, f. Theodori opuscula quindecim, latine vertit Gilb. Genebrardus. — In Bibl. PP. (Paris.) Tom. IV.

1589, f. —— In Bibl. PP. (Paris.) Tom. IV.

1603, 4. Theodori Opuscula tria, latine, interprete Francisco Turriano. — V. *Henrici Canisii* Lectiones antiqq. (Ingolst.) Tom. IV.

1622, f. —— In Supplemento Bibl. PP. (Colon.) sive Tom. XV.

1654, f. —— In Bibl. PP. (Paris.) Tom. IV.

THEODORUS Anagnostes s. Lector.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 128 sqq.; *ed. n.* T. VII. p. 435 sqq.

I. *Editiones textus.*

1544, — 1612, — 1720, — 1746, f. Theodori Lectoris Eclogae. —— *V.* Eusebius. I. Bb) 4). Conf. *Cavei* Historiam litterar. scriptorum eccles. Tom. I. p. 503 sq. *de la Croze* epistolam ad Moshemium in Thesauro epistolico Lacroziano, Tom. III. p. 279 sq. *Morelli* Bibl. gr. et lat. Mss. Tom. I. p. 223 sq.

II. *Editiones versionum latinarum.*

1554, — 1557, — 1562, f. Theodori Lectoris collectaneorum ex Historia ecclesiastica libri duo, latine, Musculo interprete. —— *V.* Eusebius. II. A. Cc) 4).

1644, f. —— In Bibl. PP. (Paris.) T. VII

THEODORUS Balsamon.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 184 sqq. XI, p. 47. XII. p. 489.

I. *Editiones textus.*

1) Scholia in Canones Conciliorum patrumque.

1615, 8. Commentarii Theodori Balsamonis. —— *V.* Photius. I. 3).

1620, f. THEODORI BALSAMONIS Expositio sacrorum & divinorum canonum, sanctorum & celebratissimorum Apostolorum, & sanctarum oecumenicarum synodorum, ac etiam localium seu particularium, & reliquorum sanctorum patrum. *Alius est titulus*: Canones SS. Apostolorum, Conciliorum generalium & provincialium: Sanctorum patrum epistolae canonicae: Quibus praefixus est, PHOTII Constantinopolitani patriarchae, Nomocanon. — Omnia commentariis amplissimis THEODORI BALSAMONIS explicata; & de graecis conversa Gentiano Herveto interprete. E bibliotheca Io. Tilii Briocensis episcopi. Accessit hac editione Graecus textus ex codicibus manuscriptis erutus, & cum Latino locis innumeris emendato comparatus. Lutetiae Paris., e typographia regia MDCXX.

1661, f. Photii Nomocanon, cum commentariis Theodori Balsamonis, ex editione Christoph. Iustelli an. 1615. & interpretatione latina Henr. Agylaei in multis emendata, & graeco textui accommodata. *etc.* —— In *Gul. Voelli* Bibl. iuris can. vet. To. II.

1672, f. Theodori Balsamonis Scholia in Canones Conciliorum ac Patrum, ex Codicibus Bodleiano, Etonensi et Basiliensi Amerbachiano, Graece et Latine, vulgata, una cum scholiis Ioannis Zonarae et Alexii Aristeni in eosdem canones et Matthaei Blastaris Syntagmate Canonum Legum alphabetico. —— In *Guil. Beveregii* Synodico. Oxon.

2) Constitutionum eccles. collectio.

1661, f. Theodori Balsamonis Ecclesiasticarum Constitutionum collectio, quae iam pridem a Ioanne Leunclavio sub Patitlorum nomine latine edita est an. M.D.XCIII. Nunc vero graece primum in lucem, prodit, ex duobus antiquis codicibus MSS. inter se collatis, una cum eiusdem Leunclavii versione, & duobus Notatorum libris. Carolus Annibal Fabrotus hanc tralationem cum graecis codicibus contulit, emendavit, & notas adiecit. —— In *Gu. Voelli* et *H. Iustelli* Bibl. iuris can. T. II. p. 1217 sqq.

3) Responsa varia.

1573, 8. Theodori Balsamonis Responsa varia. Graece cum versione latina Enimundi Bonefidii. —— *V.* eius: Ius orientale, Lib. I. Paris., excud. H. Stephanus. Eadem responsa leguntur graece et latine in *Io. Leunclavii* Iure graeco-Romano. lib. II.

4) Responsa ad quaestiones canonicas.

1573, 8. Theodori Balsamonis Responsa ad questiones LXIV canonicas, patriarchae Alexandrini, Marci. Graece, cum versione Enimundi Bonefidii. —— *V.* eius Ius orientale, Lib. III. Paris., excud. H. Stephanus. Leguntur quoque, graece et latine, in *Leunclavii* Iure graeco-Rom. lib. V. p. 362 sqq.

5) Meditationes.

1661, f. Theodori Balsamonis Meditata, sive Responsa. Graece et Latine. —— In *I. Leunclavii* Iure Graeco-Rom., Lib. VII. p. 442 sqq.

6) Epistolae.

aa) *de ieiuniis.*

1681, 4. Theodori Balsamonis epistola de jejuniis, Graece e duobus codd. Bibl. Reg., cum versione latina. —— V. *I. Bapt. Cotelerii* Ecclesiae graecae Monumenta. T. II. p. 492—514.

bb) *de rasophoris.*

1686, 4. Theodori Balsamonis epistola de Rasophoris sive Raso indutis. Graece et Latine. —— V. *I. Bapt. Cotelerii* Ecclesiae graecae Monumenta. T. III. p. 473—494.

II. *Illustrantia Theodorum scripta.*

I. A. Bach: De Theodoro Balsamone. —— *V.* eius: Historiam iurisprudentiae romanae lib. IV. cap. 2. Lips. 1807, 8.

Gu. *Cave*: De Theodoro. —— *V.* eius Historiam litter. scriptorum eccles. T. II. p. 246.

Ch. Gf. *Hoffmann*: De Theodoro. —— *V.* eius Historiam iuris Romano-Iustinianei, P. I. lib. III. cap. VI. et VII. p. 715 sqq.

Gerh. *de Mastricht*: De Theodoro. —— *V.* eius Historiam iuris ecclesiae, no. 339 sqq.

Cas. *Oudini* Commentatio de Theodoro Balsamone. —— *V.* eius Commentarios de Scriptoribus eccles. T. II. p. 1606 sqq.

THEODORUS Cynopolita.

Fabr. B. Gr. ed. Harles. T. VI. p. 53. 139.

1641, 8. Theodori Cynopolitae Excerpta, graece et latine. —— V. *Leonis Allatii* Excerpta Rhetorum.

THEODORUS Hagiopolitanus.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 196 sq.; *ed. n.* T. X. p. 365. 396.

Editiones versionum.

latinarum.

1603, 4. Theodori Hagiopolitani opuscula, latine. —— V. *Henrici Canisii* Antiquas Lectiones, P. I. p. 281 sqq. Sunt tria opuscula: *de nomine Dei*, *de Deo et Deitate*, atque *contra Nestorianos*, a *Gretsero* ac *Ducaeo* inter Theodori Abucarae scripta graece edita.

1622, f. — latine, Fr. Turriano interprete. —— In Supplemento Bibl. PP. (Colon.) sive Tom. XV.

1654, f. —— In Bibl. PP. (Paris.) Tom. IV.

THEODORUS Hermopolites.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 197; *ed. n.* T. X. p. 397.

1751, f. Theodori Hermopolitae, Icti graeci, commentarius in Tit. Dig. et Cod. de Postulando sive de Advocatis, et Procuratoribus et Defensoribus, graece et latine cum notis Dav. Ruhnkenii. —— In *Meermanni* Thesauro. Tom. III. et V.

THEODORUS Meliteniota.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 198 sqq.; *ed. n.* T. X. p. 400 sqq.

1663, 4. Theodori Meliteniotae prooemium et caput primum tribibli astronomicae syntaxis, graece primus edidit et latine vertit Ismael Bullialdus. —— In calce Ptolemaei de iudicandi facultate. Paris. Repetita leguntur etiam in *Fabricii* Bibl. graeca l. c.

THEODORUS Metochita.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 213 sqq.; *ed. n.* T. X. p. 412 sqq.

I. *Editiones textus.*

1) Historia romana.

1618, 4. THEODORI METOCHITAE Historiae Romanae, a Iulio Caesare ad Constantinum Magnum, *Liber Singularis.* IOANNES MEVRSIVS Primus vulgavit, & in linguam Latinam transtulit, NOTASQVE addidit. LVGDVNI BATAVORVM, Ex Officinâ IUSTI COLSTERI. Anno cIↃIↃcxviii. —— 22 *ff.* praefixa, quorum 4 priora complectuntur epistolam dedicatoriam, 6 *ff.* de Theodoro praeloquium, et reliqua 12 *ff.*: *Νικηφόρου του Γρηγορα Μονῳδια εἰς τον μεγαν λογοθετην Θεοδωρον τον Μετοχιτην*, graece et latine. 103 num. *ff.*, 4 *ff.*: *Meursii* notae, et 1 *f.* errata. Bibl. sen. Lips. Rep. 1746.

1746, f. —— Inter *I. Meursii* Opera. (Florent.) Tom. VII. p. 737 sqq.

2) Miscellanea.

aa) *Integra.*

1821, 8. *Θεοδωρου του Μετοχιτου υπομνηματισμοι και σημειωσεις γνωμικαι.* Theodori Metochitae Miscellanea philosophica et historica. Graece. Textum e codice Cizensi descripsit, lectionisque varietatem ex aliquot aliis codicibus enotatam adiecit Ch. Gf. Müller. Editio auctoris morte praeventa, cui praefatus est Theophilus Kiessling. Lips. MDCCCXXI sumtibus F. C. G. Vogeli. —— XVI, 838 pp. 5 *Th.* 12 *Gr.*, ch. scr. 6 *Th.* 8 *Gr.*, ch. membr. 7 *Th.* 12 *Gr.* Müllerus adhibuit varias duorum codicum Paris. duorumque Monacensium lectiones. *Fr. Hegerus* edidit in *F. Thierschii* Actis Philologorum Monacensium Tom. III. p. 528—530 Miscellaneorum caput 65 ex editione Mülleri p. 403 cum notis criticis et exegeticis.

bb) *Delectus.*

1790, 8. Specimina Operum Theodori Metochitae, quae inscribitur: *Υπομνηματισμοι και Σημειωσεις γνωμικαι*, e codd. MSS. Lutetiae Parisiorum in bibl.

regia et Coislin. St. Germanensi asseruatis cum praefatione et notis primum vulgata ab Iano Bloch. Hauniae. —— 172 pp., et 1 *f.* Errata. Blochius in praefatione agit de cadentibus literis graecis, tum de Theodoro Metochita, eiusque scriptis editis et ineditis, singulatim de eo, cuius specimina nunc typis describi iussit, quodque, in CXX titulos descriptum, non esse diversum a Miscellaneis Theodori dictis operibus contra Fabricium ostendit. Exhibuit autem eius opusculi, cuius plures codices recenset, duosque Parisinos ipse inspexit, et capitum omnium argumenta et loca selecta, ut de Synesio Cyren. In libri calce p. 161 sq. e codice Escorialensi a Moldenbauero suppeditatam de Philone Iudaeo particulam cap. XVI., cuius quaedam iam p. 61 e codd. Paris. proposuerat. Notae, quas editor textui subiecit, sunt et criticae, et exegeticae, quae posteriores inprimis rem litterariam illustrant.

1810, 8. Theodori Metochitae capita quatuor inedita [*e cod. msto Cizens. notulis nonnullis adiectis Ch. Gf. Müller*]. —— *V.* Acta soc. philolog. Lips. Tom. II. P. II. p. 255—276.

1811, 8. Theodori Metochitae capita II. de politia Cyrenaeorum et Carthaginiensium, edidit I. Conr. Orelli. —— *V.* Nicolaus Damascenus. I.

3) Carmina.

1828, 8. *Θεοδωρου του Μετοχιτου δυο ποιηματα.* Graece, edidit Ad. Coraes. —— *V.* eius: Ἄτακτα, Vol. I.

II. *Editiones versionum.*

1559, 4. Theodori Metochitae in (Aristotelis) libros VIII. Physicorum, et Parva Naturalia paraphrasis, latine versa per Gentianum Hervetum Aurelium. Basileae, apud Nicolaum Brylingium MDLIX. —— Rep. 1614.

1614, 4. — Ravennae. —— *V.* 1559.

III. *Illustrantia Theodorum scripta.*

Chph. F. *Bodenburgius:* Dissertatio de Theodori Metochitae scriptis, *νοθειας* vulgo insimulatis. —— In Miscellaneis Lips. Tom. II. p. 23 sqq.

Ch. Gf. *Müller:* Notitia et Recensio codd. Mss., qui in bibliotheca Numburgo-Cizensi asservantur. P. V. Lips., Vogel. MDCCCXIII. 8. —— 22 pp. Descriptio codicis Theodori legitur usque ad pag. 8: deinde variae lectiones exhibentur usque ad p. 18, atque textus capitis 116 graecus. *Müller* fecit collationem codicis cum editione Blochiana. Titulis capitum integris, graece et latine, leguntur etiam in Fabricii Bibl. gr. l. c.

THEODORUS Mopsuestenus.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 153 sqq.; *ed. n.* T. X. p. 346 sqq.

I. *Fragmenta.*

1788, 8. Theodori Mopsuesteni fragmenta in catenis Lucae evangel. servata e cod. msto Vindob. enotavit atque adnotationibus illustravit F. Münter. —— *V.* eius Fragmenta patrum graecorum, fasc. I. *V.* Scriptores sacri. Conf. *I. Chph. Doederleinium* in ephem. litt. inscr. Theologische Bibliothek. T. IV. P. VII. (Leipz. 1788, 8) p. 490 sqq. et *I. Gf. Eichhornium* in Allgemeine Bibliothek der bibl. Litter. T. I. (Leipz. 1787, 8) p. 618 sqq. Alia fragmenta commentariorum Theodori servata sunt in Actis concilii V. collatione IV. et V. Symbolum sive expositio fidei extat in Actione sexta concilii Ephesini, et Actione prima concilii Chalced., et collatione quarta synodi V., et cum Marii Mercatoris versione Tom. II. edit. Garnerianae p. 251. 284, et Tom. I. p. 95. et in *Mansi* collectione conciliorum Tom. IV. p. 1347. Tom. VI. p. 889, et in *Marii Mercatoris* Opp. Tom. II. p. 251.

1825, 4. Theodori Mopsuesteni tres integri commentarii in Ionam, Abdiam, Nahumum, et in Amosum, Sacharjam, Aggaeum atque in Oseam prooemia, graece et latine. —— In *Ang. Maii* Scriptorum veterum nova collectione. Tom. I. Sect. II. p. 41—104.

II. *Illustrantia Theodorum scripta.*

le Bret: De fragmentis Theodori Mopsuesteni. *Progr.* Tubingae, 1790, 4.

de la Croze: De Theodoro Mopsuesteno. —— *V.* eius Thesaurum epistolicum Lacrozianum. Tom. I. p. 194—201.

I. Ch. *Meisneri* Dissertatio de Theodoro Mopsuesteno. Witteb. 1714, 4.

F. L. *Sieffert:* Theodorus Mopsuestenus Veteris Testamenti sobrie interpretandi vindex. Commentatio. Regiomonti a. MDCCCXXVII. typis acad. Hartungianis. 8 mai. —— IV pp., et 1 *f.* Errata, 88 pp.

Cyrus THEODORUS Prodromus.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 815 sq.; *ed. n.* T. VIII. p. 137 sqq.

I. *Editiones textus.*

1) Epigrammata.

1536, 8. *ΚΥΡΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑτα ὡς παλαιοτατα, ὅτω δε εὐσεβεςατα, ἐν οἷς παντα τ' ἑκατερας διαθηκης κεφαλαια, ὡς ὀλβιωτατα συλλαμβανονται, και τ' ἀλλα τινα, ἁ πιναξ τῃ ἑπομενῃ σελιδι ἰδια δηλοι.* CYRI THEODORI PRODROMI EPIGRAMMATA ut uetustissima, ita pijssima, quibus omnia utriusq; testamenti capita felicissimè comprehenduntur: cum alijs nonnullis, quae Index uersa pagella singillatim explicat. *Quae omnia studiosae iuuentuti, cum ad poëtices mirificos fructus consequendos, tum ad ueram pietatem in primis imbibendam, ualde idonea existent.* BASILEAE, apud Ioannem Bebelium 1536. *In fine f.* 171 *b*: *Ἐν Βασιλειᾳ τοδε βιβλιον διεγραφθη τυποις Ἰωαννȣ του Βεβελιου, ἐτει αἰωνων Ἰησȣ Θεανθρωπου σωτηρος ἡμων, μετα τους χιλιους και πεντηκοσιους, τριακοςῳ ἑκτῳ. F.* 172 *b insigne typogr.*

1632, 4. Theodori Prodromi, philosophi, Epigrammata sive tetrasticha in omnes fere V. et N. T. libros. *Graece et latine*, nunc primum latinitate donata, cura et interpretatione Guidonis de Souvigny. Juliomagi, Hernault.

2) Amores.

1625, 8. THEODORI PRODROMI, PHILOSOPHI, RHODANTHES ET DOSICLIS AMORVM Libri IX. Graece & latine, Interprete GILB. GAVLMINO MOLINENSI. [*Accedit Theodori Prodromi dialogus Amarantus sive senilis amor, graece et latine interprete Gilberto Gaulmino*]. PARISIIS, Apud FVSSANVM DV BRAY, via Iacobaea, sub Spicis Maturis. M. DC. XXV. *CVM PRIVILEGIO REGIS.* —— 16 *ff.* praefixa, 592 pp. Haec est hactenus unica editio, quae raro occurrit. Bibl. sen. Lips.

3) Amicitia exulans.

1543, — 1549, — 1559, — 1608, f. Theodori exulans amicitia, graece et latine, Conrado Gesnero interprete. —— *V.* Ioannes Stobaeus. I. Bb) 1).

1549, 4. — graece latine, Conrado Gesnero interprete. Paris., Guil. Morellus.

1609, f. —— *V.* Ioannes Stobaeus. I. Aa).

4) De sapientia.

(1608,) 8. Theodori Prodromi dissertatio de sapientia, *Πενιη σοφιην ἐλαχε, graece et latine.* Federicus Morellus Graeca recensuit, edidit, latine vertit notisque illustravit. Lutetiae, apud Fed. Morellum. —— 8, 14 pp., et 1 *f.*, 16 pp.

5) Amarantus.

1810, 4. Theodori Prodromi Amarantus. Graece edidit de la Porte du Theil. —— *V.* Notices et Extraits, Tom. VIII. P. II. p. 109 sqq. Aliorum opusculorum excerpta atque notitia *v.* ib. T. VI. p. 319 sqq. VII. P. II. p. 235 sqq. VIII. P. II. p. 78 sqq.

6) Epistolae.

1754, 8. Theodori Prodromi epistolae XIV. Graece cum versione italica Petri Lazeri, S. J., & anonymi latina, & varietate lectionis. Aliae epistolae tres, Graece. —— *V.* Micellaneorum ex MSS. libris bibliothecae collegii Romani soc. Iesu. (Romae) Tom. I. p. 1 sqq. Tom. II. p. 562 sqq. Tomus primus occurrit etiam sub titulo: ‚Theodori Prodromi, Dantis Alighierii, Franc. Petrarchae, Galeacii Vicecomitis, Ant. de Tartona, Iac. Sadoleti Epistolae, ex codd. mss. nunc primum vulgatae (*per Petrum Lazeri*). Romae 1754.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1559, 4. Ioannis Laezii amicitia exulans ex Cyro Theodoro Prodromo. Eiusdem de poeta carmen, latine. Paris, Andr. Wechel. —— 32 *ff.*

B. gallicarum.

1) Amicitia exulans.

1558, 8. Amitié banni du monde: par Cyre Theodore, Poete Grec, et traduit en vers François par Jean Figon de Monteilimar en Dauphiné. à Tholose. — Rep. 1559.

1559, 8. — Lyon, Cotier. —— *V.* 1558.

1589, — 1617, — 1639, 12. — trad. par Tamisier. —— In: Anthologie ou Recueil des plus beaux epigrammes grecs. Lyon.

2) Amores.

1746, 12. Les Amours de Rhodante et de Dosiclès, traduction du Grec de Théodorus Prodromus. *S. l. notitia.* — Rep 1749.

1749, 8 min. Imitation du roman grec de Rhodante et Dosiclès, de Theodore Prodromus, par de Beauchamps. (Paris, Coustelier.) — Huius libri notitiam sumpsi ex *Brunetî* Manuel du Libraire Tom. II. p. 561, ubi haec adnotantur: „Les deux traductions sont tout-à-fait différents, et c'est à tort que quelques Bibliographes ont annoncé la première comme de Beauchamps, en la confondant probablement avec la seconde, à laquelle Beauchamps a mis son nom." Eadem vertit germanice *Ebertus* in Allgem. Bibliogr. Lex. no. 18016. Attamen *Barbier* in: Dictionnaire des ouvrages anonymes et pseudonymes (Paris 1806, 8 mai.) Tom. I. p. 18, no. 165, atque *Schoellius* in: Répertoire de littérature ancienne Tom. I. p. 358 illam versionem viro *de Beauchamps* tribuunt.

1797, 12. Les Amours de Rhodante et de Dosiclès, traduites du Grec de Theodorus Prodromus par P. F. Godard de Beauchamps; réimprimées sur l'édition de 1764. Paris. — 2 *fr.* Est Vol. XI. in collectione inscr.: Bibliotheque des romans grecs, traduits en françois.

THEODORUS Rhaithuensis.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 282 sqq.; *ed. n.* T. X. p. 430 sqq.

I. *Editiones textus.*

1576 (*non* 1567), 4 min. THEODORI PRESBYTERI RHAETHENSis *libellus aduersus haereses quibus iam olim, hypostatica duarum in Christo naturarum, vnio oppugnata est, nunc primùm Graecè editus, & Latinus factus à* THEODORO BEZA VEZELIO. ADIECTA EST EARVNDEM HAERESEON COLLATIO CVM CONtrouersiis eadem de re recèns excitatis. GENEVAE, *APUD EUSTATHIUM VIGNON.* M.D.LXXVI. — 40 pp. Qui hanc editionem indicant (Bibl. Bunav. Catal. T. III. Vol. I. p. 107. Catalogue des livres impr. de la bibl. du Roi, Theol. T. I. p. 357) a. 1567, errant; ipse enim hunc libellum in bibl. sen. Lips. evolvi. Eum etiam recenset *I. Fabricius* in Hist. bibl. Fabric. P. IV. p. 112 sq.

1582, f. — graece et latine. — Inter *Bezae* Opera theologica. (Genev.) T. III. p. 309—398.

1599, 8. — Graece et latine ex versione et cum castigationibus e MS. codice Petri Stellae Roberti Balforei, lacuna in fine suppleta. — Cum Gelasio, *V.* ib. I. Supplementum, quod in Bezae editione desideratur, antea iam adsutum est Gregorii Nysseni magnae orationi catecheticae.

1624, f. — graece et latine, Francisco Turriano interprete. — In *Ducaei* Auctario Bibl. PP. Tom. I. p. 319 sqq.

1644, f. — graece et latine ex Fr. Turriani versione. — In Bibl. PP. (Paris.) Tom. XI.

1779 — 1780, 4. Theodori Rhaithu libellus de incarnatione Domini, graece et latine ex Suidae, tum et Io. Meursii ac Caroli du Fresne Glossariis emendatus atque explicatus opera Io. Benedicti Carpzovii. Partic. prior. Helmstad. 1779. — Partic. posterior. Helmstad. 1780. — *Carpzovius* notis illustrat et verba, inprimis rariora, et formulas ecclesiasticas. In praefatione agit de auctore eiusque libello, variisque editionibus.

II. *Editiones versionum.*

1566, 8. Theodori, Presbyteri Antiocheni, Isagoge in quinque libros, qui et ipsi subiunguntur, Anastasii Antiocheni, siue Exercitatio seu Corollarium de incarnatione domini, latine, ex interpretatione Godfridi Tilmanni. Parisiis, Iacob Kerver. — Rep. 1575 sqq.

1575, f. — latine, Gf. Tilmanno interprete. — In Bibl. PP. (Paris.) Tom. VIII. p. 656 sqq.

1589, f. — In Bibl. PP. (Paris.) Tom. I.

1609, — 1618, f. — In Bibl. PP. (Colon.) Tom. V.

1677, f. — In Bibl. PP. Tom. VIII. p. 334 sqq.

III. *Illustrantia Theodorum scripta.*

Gu. *Cave*: De Theodoro Rhaithuensi. — *V.* eius Historiam litter. scriptorum eccles. Tom. I. p. 587 sq.

Moshemii Adnotata de Theodoro Rhaithuensi. — *V.* eius Institutiones historiae eccles. saec. VII. P. II. cap. II. §. 5.

THEODORUS Studites.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 234 sqq.; *ed. n.* T. X. p. 434 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1728, f. Sancti Theodori Studitae epistolae, aliaque scripta dogmatica, graece et latine: pleraque Sirmondo interprete. Venetiis, e Typographia Bartolomaei Javarina. MDCC.XXVIII. — Est *Sirmondi* Operum variorum Tomus quintus. 22 *ff.* praefixa, 618 pp., 17 *ff.* indices, et 1 vac. *f.* Continentur hoc volumine: Vita S. Theodori Studitae, auctore Michaele monacho, graece et latine, p. 1 sqq.; Theodori Studitae Testamentum, p. 63 sqq.; Antirrheticus I. contra Iconomachos, p. 70 sqq.; Antirrheticus II., p. 84 sqq.; Antirrheticus III., p. 104 sqq.; Confutatio poematum Iconomachorum, p. 135 sqq.; Quaestiones quaedam propositae Iconomachis, p. 160 sqq.; Capita septem adversus Iconomachos, p. 165 sqq.; Epistola ad Platonem de cultu SS. Imaginum, p. 173 sqq.; Epistolarum liber I., p. 177 sqq.; liber II., p. 294 sqq.; Versus iambici, p. 596 sqq.

Bb) *Opera plura.*

1600, 4. — 1616, f. Theodori Canon in adorationem S. Crucis; Oratio in adorationem S. Crucis, Graece et Latine. — In *Iac. Gretseri* Opere de Cruce. (Ingolst. 1600.) Tom. II. p. 287 sqq. Tom. III. p. 487 sqq. (Ingolst. 1616) p. 1405 sqq.

Cc) *Opera singula.*

1) Capitula quatuor.

1684, 4. Theodori Capitula quatuor de vita ascetica. Graece et Latine. — In *Pet. Possini* Thesauro ascetico. Paris.

2) Testamentum.

1696, 4. Theodori Studitae Testamentum, Graece et Latine, interprete Iac. Sirmondo. — In *Iac. Tollii* Insignibus itineribus italicis. (Traj. ad Rh.) p. 178—191.

3) Oratio dogmatica.

1553, 8. Theodori oratio dogmatica de honore atque adoratione sanctarum imaginum. Graece. — *V.* Ioannes Damascenus. I. Bb) 2).

1575, f. — Inter Ioannis Damasceni Opera, p. 674 sqq. *V.* ib. I. Aa).

4) De cibis.

1705, 4. S. Theodori Studitae sermo ineditus de ciborum delectu. Graece. — In Fabricii Bibl. Gr. Tom. XII. p. 303 sqq.

5) Oratio in Platonem.

1675, f. Theodori Studitae oratio funebris in S. Platonem, graece ex bibl. regia Paris. et Vaticana ediderunt Henschenius et Papebrochius. — Ad calcem Actorum Sanctorum, Tom. I. April. m. p. XLVI sqq., et latine ib. p. 366 sqq.

II. *Editiones versionum latinarum.*

1) Sermones catechetici.

1644, f. Theodori Studitae Sermones catechetici CXXXIV, in anni totius festa, de Graecis Latini facti a Ioanne Livinejo. — In *Hittorpii* Auctario Bibl. PP. Tom. II.

1677, f. — latine ex versione Ioannis Livineji. — In Bibl. PP. max. (Lugd.) Tom. XIV. p. 830—901.

2) Oratio dogmatica.

1556, 12. Theodori Studitae oratio dogmatica, latine, Gf. Tilmanno interprete. Antwerp.

1589, — 1644, f. — latine. — In Bibl. PP. (Paris.) Tom. III.

3) Oratio in Platonem.

1570, 4. Theodori Oratio funebris in Platonem, latine versa a Gentiano Herveto. — Cum Palladio. (Paris.) p. 455—497.

1583, f. Theodori Oratio funebris in S. Platonem Hegumenum, Latine, interprete Guil. Sirleto. — In *de la Barre* Historia Christiana patrum. (Paris.) p. 118 sqq. Deinde legitur etiam in *Aloysii Lipomanni* Tomo VII. de vitis Sanctorum Patrum. p. 275 sqq., et in Actis Sanctorum Antverp. m. Mart. Tom. II. p. 218 sqq., et apud Surium ad XVI. Decbris.

4) Oratio in adorationem crucis.

1677, f. Theodori oratio in adorationem pretiosae crucis, latine. — In Bibl. PP. max. (Lugd.) Tom. XIV. p. 900 sqq.

5) Canon.

1677, f. Theodori Canon sive hymnus, qui canitur in erectione sanctarum imaginum, latine. —— In Bibl. PP. max. (Lugd.) Tom. XIV. p. 898 sqq. et latine, *Federico Metio* interprete, apud Baronium ad a. 842.

6) Encomium Bartholomaei.

1659, 4. — 1723, f. Theodori Encomium S. Bartholomaei apostoli, latine, ex Anastasii Bibliothecarii versione. —— V. *Lucae Dacherii* Spicilegium, Tom. III. p. 13—23, et ed. nov. Tom. II, p. 124 sqq.

1662, f. —— In *Fr. Combefisii* Bibl. Concionatoria. (Paris.) Tom. VII. p. 755 sqq.

7) Testamentum.

1602, 8. Theodori Sermones catechetici CXXXIV. Sermo in Dominic. IV. Jejunii. Testamentum. Fragmenta epistolarum. Latine, ex Ioannis Livineji versione cum eiusdem notis. Antverp.

1651, 4. — latine. —— In *Christ. Woldenbergii* libro de Testamentis veterum. Rostoch.

8) Encomium Ioannis.

1666, 4. Theodori Encomium in tertiam inventionem venerandi capitis, sancti praecursoris Ioannis Baptistae. Ex versione Francisci Combefisii. —— In libro: Traité historique du chef de S. Baptiste. Paris.

III. *Illustrantia Theodorum scripta.*

Gu. *Cave:* De Theodoro Studita. —— In Historia litter. scriptorum ecclesiast. Tom. II. p. 8 sqq.

R. *Ceiller:* Sur Theodore. —— *V.* Histoire générale des auteurs eccles. Tom. XVIII. p. 489 sqq.

I. Imm. *Mülleri* Dissertatio de Studio coenobio CPolitano, ex monumentis Byzantinis eruto et illustrato, clarisque Studitis. Lips., 1721, 4.

Casim. *Oudini* commentatio de Theodoro Studita. —— *V.* eius Commentarios de scriptoribus eccles. Tom. II. p. 32 sqq.

THEODOSIUS Alexandrinus.

I. *Editiones textus.*

1) Grammatica.

aa) *Integer liber.*

1822, 8. Theodosii Alexandrini Grammatica. E codicibus manuscriptis edidit et notas adiecit Car. Guil. Göttling. Lipsiae, in libr. Dyk. MDCCCXXII. —— XVIII, 256 pp. 1 *Th.* 12 *Gr.* Editor usus est duobus codicibus mstis Paris., quorum unus est fons, ex qua *Imm. Bekkerus* deprompsit Canones, qui alius operis partes sunt. Sed *Göttlingius* hanc grammaticam non Theodosio Alexandrino, qui circiter tempore Constantini Magni, vel paulo post vixit, tribui posse, sed alio eique posteriori imitatori Theodosiano, qui se scholae grammaticorum byzantinorum addixit. Haec grammatica Theodosiana nihil est nisi commentarius Theodosii Alexandrini in grammaticam Dionysii Thracis, qui discipulus Aristarchae fuit. Quem commentarium posteriores grammatici et byzantini aliique serioris temporis amplificarunt atque etiam in epitomen redigerunt. Conf. ephem. litter. Jenens. 1825. no. 35. 36. 37.

bb) *Fragmenta.*

1821, 8. Theodosii Grammaticae Fragmenta, edidit F. Osann. —— *V.* Philemon Gramm.

2) Canones.

1821, 8 mai. Theodosii Grammatici Alexandrini Canones de declinatione nominum et coniugatione verborum, e codice msto Paris. descripsit atque edidit Imm. Bekkerus. Berol., Reimer. MDCCCXXI. —— 2 *Th.* 16 *Gr.* Hic liber est Volumen III. *Imm. Bekkeri* Anecdotorum. Canones, quorum duo edidit Imm. Bekkerus, sunt Theodosii Alexandrini opus, quod Georgius Choeroboscus commentariis illustravit.

II. *Illustrantia Theodosium scripta.*

Λεξικον της Γραμματικης, ad Theodosii Alexandrini grammaticam. —— In *L. Bachmanni* Anecdotis graecis. T. I.

Amadei *Peyron* In Theodosii Alexandrini tractatum de Prosodia commentatio. Taurini 1817, 4. —— Habetur etiam

in: Memorie della Reale Accademia delle Scienze di Torino, Tom. XXIII. P. II. p. 183 sqq.

THEODOSIUS Diaconus.

1755, 4. Theodosii Acroases, graece et latine edidit Flam. Cornelius. —— V. eius Cretam sacram. (Venet.) P. II. p. 269—327.

1777, f. Theodosii Diaconi Acroases, graece et latine edidit P. F. Fogginius. —— In eius Nova Appendice Corporis Historiae Byzantinae. Romae.

1828, 8. Theodosii Acroases de Creta capta, graece et latine, cum notis P. F. Fogginii. —— Cum Leonis Diaconi historia, p. 261 sqq. *Fogginii* adnotationes leguntur p. 527 sqq. Praemissum est Nicolai Mariae Fogginii Monitum de Theodosii Acroasibus, p. XXXII sqq.

THEODOSIUS Melitinus.

G. L. F. *Tafel*; De Theodosio Melitino, inedito historiae Byzantinae scriptore, ex codice Tubingensi notitia literaria. *Progr. acad.* Tubingae, apud Eifert. MDCCCXXVIII. 4. —— 18 pp. Codicem Tubingensem Theodosii historiae Stephanus Gerlachius secum ex Constantinopoli portavit Tubingam.

THEODOSIUS Monachus.

1819, f. Theodosii Monachi Epistola de expugnatione Syracusarum, graece et latine, cum notis edidit Car. Bened. Hase. —— V. Leo Diaconus. I. Aa), ubi p. 179 sqq. legitur. De Theodosii Epistola multum locutus est Octavius Cajetanus apud Murator. Scriptt. rer. Italic. Tom. I. P. II. 257 A. Antea epistolae versionem latinam fecit monachus nomine Iosaphat Azzalus Spartanus, „eamque ediderunt postea ipse Cajetanus SS. Sicul. II. 272 C., tum alii, vel integram, vel ex parte: Io. Bapt. Carusius Biblioth. hist. Sicil. I, 24 A. Borchus Pirrus Notit. Sicil. eccles. I. 613 D. Ioann. de Ioanne Cod. diplomat. Sicil. I. 332 A. Ducangius ad Zonaram II. 87 C. Muratori Scriptt. rer. Ital. Tom. I. P. II. 257 A. Sed hi omnes unice pendebant ex interpretatione Iosaphati, qui et a mente auctoris saepe discessit, et fere ubique in patentissimos paraphraseon campos longe est lateque vagatus." Haec docet Hasius in praefatione sua.

THEODOSIUS Tripolita.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 91; *ed. n.* T. IV. p. 21 sqq.

I. *Editiones textus.*

1558, 4. *ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΤΡΙΠΟΛΙΤΟΥ ΣΦΑΙΡΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ. Γ.* Theodosij Tripolitae SPHAERICORVM LIBRI TRES, NVNQVAM ANTEHAC GRAECE excusi. Iidem latinè redditi per Ioannem Penam Regium Mathematicum, AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM CAROLVM LOTHARINGVM CARDINALEM. PARISIIS, Apud Andream Wechelum, sub Pegaso, in vico Bellouaco: Anno Salutis, 1558. CVM PRIVILEGIO REGIS. —— 4 *ff.* praefixa, 54 pp. oratio graeca; 1 *f.* praefixum, 68 pp. versio latina, et 1 *f.* errata. *Ioannes Pena* de sua editione docet in sua praefatione haec: „In explicando Theodosio, quia plerisque locis Graeca vel mutila vel obscura erant, liberiore interdum interpretatione usi sumus, et quae Graecis deesse videbantur supplevimus, imo etiam quia totum sphaericum negotium e Geometria pendet, si quando ad firmandas Theodosii demonstrationes Euclidis Elementa deficiebant, e recentioribus authoribus, ut Vitellione et aliis, Theoremata citavimus."

1707, 8. *ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΣΦΑΙΡΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Γ.* THEODOSII SPHAERICORUM LIBRI TRES. OXONIAE, E THEATRO SHELDONIANO, Impensis H. Clements Bibliopolae Oxon. MDCCVII. —— 4 *ff.* praefixa, 87; 94 pp. Orationis graecae fundamentum est Penae editio; sed *Ios. Hunt* perlegit etiam codicem msctum e museo Saviliano, qui tamen nihil suppeditavit ad textum emendandum; quare nullas lectionis varietates enotavit. Bibl. sen. Lips.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1) Sphaerica.

1529, 4. Theodosii de Sphaericis libri tres Latine a Ioanne Vogelin Haylpronnensi restituti & Scholiis illustrati. Paris., in Officinâ Joannis Singrenii MDXXIX. d. XVIII. Martii. —— Huius libri notitiam ex Maittairii Annal. Tom. II. p. 720 sumpsi, ubi autem locus *Venet.* aliter ac in Indice Tom. V. P. II. p. 284 *Paris.* indicatur.

1558, f. Theodosii Sphaericorum libri tres; Menelai Sphaerica; Autolyci liber de Sphaera; a Franc. Maurolyco latine versa et illustrata. Messanae.

1586, 4. Theodosii Tripolitae Sphaericorum libri III. a Christophoro Clavio Bambergense S. I. perspicuis demonstrationibus ac Scholijs illustrati. Accedunt eiusdem Clauii Sinus, Lineae tangentes, & secantes, Triangula rectilinea atque Sphaerica. Romae, ex typographia Dom. Basae. MDLXXXVI. —— Hanc editionem pauci viderunt.

1588, 4. —— *V.* Autolycus. II. A. 1).

1675, 4. Theodosii Sphaerica; methodo nova illustrata, et succincte demonstrata. Per Isaacum Barrow. —— *V.* Archimedes. II. A. Aa).

1730, 12. — latine edidit Andr. Celsius. Upsal.

2) De diebus natalibus.

1591, 4. THEODORI TRIPOLITAE DE. DIEBVS ET. NOCTIBVS LIBRI. DVO DE. VATICANA. BIBLIOTHECA deprompti. Scholijs antiquis: & figuris illustrati: & nunc primum de Graeca lingua in Latinam conuersi. A. IOSEPHO. AVRIA. NEAPOLITANO. ROMAE. Apud Ioannem Martinellum. MDXCI. *SVPERIORVM. PERMISSV. F. ult. a:* REGISTRVM *** A B C D E F G I K L M N O P. Omnes sunt quaterniones praeter P qui est duernio. ROMAE. Apud Iacobum Ruffinellum. M. D. XCI. —— 12 *ff.* praefixa, 114 pp., et 1 *f.* Bibl. sen. Lips.

B. germanicarum.

1826, 8. Theodosius von Tripolis drey Bücher Kugelschnitte. Aus dem Griechischen mit Erläuterungen und Zusätzen, herausgegeben von E. Nizze. Nebst vier Tafeln in Steindruck. Stralsund, Löffler. —— VIII, 171 pp. 1 *Th.* Posteriorum interpretum additamenta notasque in libelli calce adiecit editor. Quae ipse adiecit, maximi sunt aestimanda.

C. anglicarum.

1675, f. The Sphere of Theodosius, translated by Edward Sherburne. —— In appendice addita eiusdem versioni anglicae Manilii Sphaericorum. (London, printed for Nathanael Brook.)

THEOGNIS.

Fabr. *B.* Gr. T. I. p. 439 sqq.; *ed. n.* T. I. p. 704 sqq.

I. *Editiones textus.*

1495, f. — 1515, 8. Theognidis Sententiae. Graece. —— *V.* Theocritus. I. Aa) *β*).

1512, 4. — 1521, 8. — 1553, 4. — 1561, — 1569, — 1562, — 1564, — 1577, — 1565, — 1576, sqq. —— *V.* Poetae. I. Bb). Gnomici poetae.

1521, 8. —— *V.* Aesopus. I. Aa) *β*).

1537, 4. Theognidis Sententiae Elegiacae. [*In Theognidis fine adiecti sunt:* Pythagorae aurei versus, graece.] Graece. Paris., apud Iohannem Lodoicum Tiletanum. MDXXXVII. —— „Ioannes Lodoicus Tiletanus studiosis S. — Si apum nobis exemplum, quae ex omnibus flosculis, quae sibi sint usui, decerpunt, imitandum censet Isocrates, ut neque Poëtam neque Sophistam ullum negligamus, quo vitae communis adjuvari possit institutio; quanto majore sunt studio legendi, qui hasce partes solas sibi poposcerunt, & hanc personam, consulendi vitae mortalium, sibi imposuerunt. Cujus generis sunt Hesiodus, Theognis, Phocylides, quos commemorat Isocrates, aliique, qui libros suos γνώμας sive ὑποθήκας inscripserunt. Theognis autem poëta pervetustus, Megaris Siciliae urbe natus, versus scripsit elegiacos, adeò suaves, adeò graves, ut iis Aristoteles ipse sua praecepta saepissime confirmet, ac velut obsignet: ut alios taceam, quorum libros hujus sententiae tanquam lumina quaedam illustrant. Quamobrem nolite dubitare vobis quoque hoc lumen, quod tanti caeteris aestimatum videtis, vitae vestrae praeferendum esse: accepturi à nobis propediem Hesiodum Commentariis accuratis & § nunquam adhuc editis insignem, si nostram voluntatem, quam temporum retardat iniquitas, vestra juvabit benevolentia. Valete, & industriam nostram, quae vobis servit ac sudat, boni consulite. Ex chalcographeo nostro M. D. XXXVII. mense Iunio." Hanc notitiam ex *Maittairii* Annal. typogr. Tom. III. p. 273 sumpsi.

1543, 8. —— *V.* Hesiodus. I. Aa) *β*).

1543, 4. Theognidis Sententiae, Graece & Latine, cum Eliae Vineti Santonis Scholiis. Paris., Excudebat Ioannes Lodoicus Tiletanus. M. DXLIII. —— 4 *ff.* praefixa, 97 pp. „Elias Vinetus Santo Lectori. .... diligenter omnia adhibui, cujusmodi sunt eum variorum codicum loco-

rumque ex eodem autore ab aliis scriptoribus citatorum diligens collatio, tum syncerum & acre amicorum meorum virorum doctorum unà cum meo judicium; inter quos Petrus Panaetius & Iacobus Gupylus facilè principes. Quâ diligentiâ .... tandem effectum est, ut eorum, quae in bono poëta corrupta erant, magnam partem obiter castigaverim. Caeterùm cùm in eo totus essem, Ioanni Lodoico Tiletano typographo diligentissimo rem patefeci, cùm in ejus Bibliopolium quaerendi ex eo exemplaris gratiâ aliquando me contulissem: quam ubi intellexisset, rogavit vehementer, ut si quid haberem in eum authorem, quem esset brevi excusurus, communicarem &c. Id impetravit ille .... cui publicandum tradidi, quicquid fuit nostri in Theognidem laboris: quem authorem utinam tam totum restituere omnino potuissem, quàm cupiebam. Is enim tam depravatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nullâ diligentiâ .... id praestare potuerim: quae res in causâ est, ut in Latinum sermonem a me conversum non habueris. .... Vale, Lutetiae, Cal. Sextil. 1543.“ Haec mihi suppeditavit *Maittairius* in Annal. typogr. Tom. III. p. 354. *Ebertus* in Allgem. bibliogr. Lexicon no. 22801 appellat hanc editionem rarissimam eamque primam Theognidis sententiarum singularem; sed in hac re errare videtur, si ad antecedentem a. 1537 respicere velis. „Interpretando emendandoque, tam ex veterum libris quam ex ingenio, primus de Theognide bene meritus est *Vinetus* 1543, quem vero longe superavit septem annos post *Camerarii* solertia, doctrina, diligentia.“ Haec iudicat *Welcker* in sua praefatione p. CXIII.

1543, — 1550, — 1555, — 1558, 8. — graece et latine carmine redditae per Iacobum Schegkium. Basil., per Ioan. Oporinum.

1551, 8. Libellus scolasticvs vtilis, et valde bonus: quo continentur, Theognidis praecepta. Pythagorae uersus aurei. Phocylidae praecepta. Solonis, Tyrtaei, Simonidis, & Callimachi quaedam carmina. *Collecta & explicata à* IOACHIMO *Camerario Pabepergen.* Accessit rerum & uerborum memorabilium Index. ***BASILEAE, PER IOannem Oporinum. In fine p.*** 214: *ΕΤΥΠΩΘΗ ΕΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑ, παρ' Ιωαννη τῳ ὀπωρινῳ, ἐτει της ἐνσαρκȣ οἰκονομιας τȣ Ιησȣ Χριςȣ χιλιοςῳ πεντακοσιοςῳ πεντηκοςῳ πρωτῳ.* —— 214 pp. „Fuit [Camerarius] quidem a supellectili critica bene instructus, quinque usus codicibus, de quibus in praefatione loquitur. Manu scriptos fuisse, quum Glandorfius recte intellexisset, *Seyboldus* in Additamentis ad Fabricii Bibl. Graecam, Prolusione 1791 Buxovillae scripta, p. 5 de primis editionibus Italicis cogitat. Sed tres tantum Italia viderat, nec extiterant omnino tum temporis quinque editiones, quas *exempla vetera* Camerarius appellare potuisset. Paulo injustius est, praesertim si ceterorum illius aetatis Criticorum morem, in consulendis Codicibus multo minus diligentium, compares (Cf. Schweighaeus. Praef. ad Athen. p. LXVIII. LXI. XXXIV.), *A. Kallii* judicium in Specimine novae editionis p. XI: *Perplurima poetae loca feliciter emendavit Camerarius, sed in MSS. codicibus allegandis magna fuit, quod seculi tamen istius mori tribuas, summi viri oscitantia. Plerisque in locis, an codicum auctoritati, an ipsius viri ingenio nova, quam in textu adhibuerit, lectio debeatur, prorsus reticet, quodsi aliquando in hypomnematibus ad codices provocaverit, an unus alterve horum codicum, an omnes sint intelligendi, nunquam tamen declarat.* Immo saepissime et nescio an ubicunque ab editis recedit, nisi vitia et levissima essent et aperta, ad codices provocat, distinguit etiam *τοὺς παλαιοὺς τῶν ἀντιγράφων* (ad v. 595), et numerum, *ἐν τινι τῶν ἀντιγράφων*, vel *ἐν ἅπασιν οἷς ἐνετύχομεν ἀντιγράφοις*, ut ad v. 1055, quamvis plerumque simpliciter citat *ἐν ἐνίοις* (qua quidem formula etiam Stobaeus editus comprehenditur). Plurimum autem contulit Camerarius ad difficiliorum, qui haud pauci huic poetae insunt, locorum explicationem, de qua recentiores editores non magnopere laborarunt. Primus intellexit, non unius poetae genuinum opus se tractare; locum autem nullum, in quo aliquid esset offensionis, intactum reliquit; sed difficultates si tollere nequiret, indicavit saltem, et omnino tam prudenter diligenterque interpretis officio functus est, ut quantum ad hanc provinciam Theognidis editorum nemo ullus cum eo comparandus sit, et ut commentarii ejus, ut poetae aditum in scholas patefaciendum conscripti, etiamnum ab omnibus et ad ea adeo loca, quae rectius nunc intelliguntur, cum fructu legi possint.“ Haec habet *Welcker* praef. p. CXIII sq.

1559, — 1577, 4. Theognidis gnomae elegiacae, graece et latine. —— in *Michaelis Neandri* Opus aureum et scholasticum. *V.* Pythagoras. I. 1) βb. Poetae. I. Bb) poetae gnomici. Haec editio largo annotationum apparatu instructa est. „Neander quidem textum Camerarianum se exhibere fatetur in Opere aureo p. 149, praeterea Camerarii explicationes et locum

tantum non omnes ab eo ad illustrandas Theognidis sententias ex auctoribus antiquis eleganti plerumque judicio selectas in notas suas transtulit. In quibus notis quod Camerarium nunquam auctorem laudat, praeterquam quod in margine aliquoties interpretem Graecum ex codd. unum alterumve distichon inserere annotat, bona fide factum est. Nam in disputatione de Theognide p. 143 hunc poetam profitetur *quasi amissum et mortuum luci ac vitae tandem restitutum esse a J. Camerario de re litteraria longo tempore praeclarissime merito*. Et in praefatione p. 127: *In eo Theognide*, ait, *multa fuerunt obscura, intricata et perplexa, quae quantum quidem in nobis fuit, a bonis ac eruditis viris de eo admoniti plana studuimus facere*. In sequentibus quidem a se quoque quaedam explanata esse indicat: *Nostram vero conjecturam tum vertendo tum exponendo auctore coacti etiam quandoque sumus secuti, existimantes, licere in dubiis divinare cuique*. — *Multa adhuc in Theognide passim reperi, quae et adolescentes perturbarent et lectorem remorarentur, dubium ac suspensum tenerent ac expositionem desiderarent*. Verum enim vero in hoc vel vanitas surrepsit bono viro, vel in fraudem se induit ipse. Nam ne unicum quidem invenies locum, qui Neandri ope, quamvis nonnullas explicationes novas tentavit, lucem adeptus sit, et ei si detraxeris omnia non sua, quae supererunt, frugis expertia esse intelliges, partim etiam ridicula, et quaedam eorum adeo, quae Camerarius probe jam intellexerat, ut v. 257. 261. 543. 719. 1207 Bekk. prave accepta. Homo fuit Neander laboriosus et multae lectionis, sed impar discernendo, quid ad rem esset, quid non, ita, ut nihil sit absurdius, nihil putidius, quam bona pars celeberrimi olim commentarii, in quo quae ex quacunque antiquitatis parte forte in mentem veniunt temere et loquaciter effutit, et proverbia, quorum quasi quodam furore agitur, postquam ex Erasmo suo Vinetus hoc genere prudenter aliquoties usus erat, non manu, sed toto sacco disseminat. Ego vero multum abfuissem ab iniquiore ferendo de hoc viro judicio, cujus praeclara in munere scholastico fuerunt merita, nisi falsis hic illic laudibus eum extolli et umbraticam ejus taediique plenam eruditionem cum vasta et exquisita Camerarii litteratura atque adeo illius tenuitatem et mediocritatem hujus viri summo cum ingenio et magno animo confundi animadvertissem. Ita Koeppen in Biblioth. der alten Litter. u. Kunst. T. I. p. 160 *magnos illos viros*, Camerarium et Neandrum, Theognidis textum restituisse ait. Groddeckius autem bonae interpretationis laude inprimis commendabilem dicit Neandri editionem, Camerario ne in partem quidem hujus laudis admisso." Haec disserit *Welcker* in sua praefatione p. CXVI sqq.

1560, 8. Theognidis Sententiae cum versione latina, ita ut verbum verbo conferri possit, addita earundem explicatione a Philip. Melan. (*thone*) in Schola Vuitenbergensi. Witebergae excud. Laur. Schuenk. 1560. — Explicatio Sententiarum Theognidis in schola Witeberg. auctore Phil. Melanchthone, collecta a Ioh. Maiore. Witeb. excud. Laur. Schuenck. 1560. —— Haec *Melanchthonis* editio saepe recusa est eodem titulo, sed in omnibus his repetitis editionibus *Explicatio Melanchthonis* desideratur, quamquam in titulis commemoratur. Explicatio complectitur 7 *ff.* praefixa, 1 vac. *f.*, et 137 num. *ff.* *V.* 1561 sqq.

1561, 8. — Viteberg., excud. Laur. Schuenck. MDLXI. —— *V.* 1560 et 1562.

1562, 8. — Lips., Ioh. Rhamba. —— *V.* 1561 et 1570.

1566, f. — 1577, 4. — 1584, — 1600, 16. — 1606, f. — 1628, 8. — 1629, 16. — 1635 sqq., — 1814, — 1823, 8. —— *V.* Poetae. I. Aa).

1570, 8. Theognidis Sententiae cum versione Latina ita ut verbum verbo conferri possit, addita earundem explicatione a Ph. Mel. in schola Witeberg. Mulhausae. —— *V.* 1562 et 1590.

1576, 8. — cum interpretatione et scholiis Eliae Vineti. Lips.

1589, 8min. —— *V.* Pythagoras. I. 1) β).

1590, 8. Sententiae Theognidis Megarensis cvm versione latina, ita vt verbvm verbo conferri possit, addita earundem explicatione, a Philippo Melanchthone in schola Witebergensi. *Infra est Melanchthonis effigies, ligno incisa.* Witebergae Ex Officina Cratoniana *Anno M. D. XC.* —— 48 *ff.* *V.* 1570 et 1591.

1591, — 1594, 8. — Witeberg., Lamberg. —— *V.* 1570 et 1590.

1598, 8. —— Cum Luciani Dialogis. *V.* ib. I. Bb) β).

1603, 8. Theognidis Megarensis Sententiae graecolatinae, certis titulis, quos margo numeratos exhibet, distinctae: Cvm indice dvplici, vno dictionvm et phrasivm graecarvm, altero titulorum: *Opera M.* Vvolfgangi Seberi, Scholae Schleusingensis Rectoris. Accedvnt seorsim in

eundem Poëtam Ioach. Camerarii Scholia Gr. 1603. LIPSIAE Impensis Thomae Schvreri. —— In hac editione usus est Wolfgangus Seberus lectionis varietatibus ex MSS. duobus Bibliothecae Palatinae, uno Augustanae, quas ab Hoeschelio accepit, qui Theognidis editionem meditatus est. Dolendum autem est, non eadem cura, qua par erat, hanc editionem typis esse descriptam. Bibl. acad. Lips. Rep. 1620.

1604, 8. Theognidis Sententiae elegiacae, cum interpretatione Latina. Apud Georgium Willerum. MDCIV.

1609, 8. — Cum versione latina Philippi Melanchthonis. Lipsiae apud Voigt; Vvitebergae apud Sam. Seelfisch. MDCIX.

1610, 8. Theognidis Sententiae Elegiacae graecae. Argentinae apud Bertramum. MDCX.

1620, 8. — Editio secunda, quae seorsim praeter graeca Ioach. Camerarii Scholia peculiares quoque notas exhibet, quibus et passim illustratur textus et varia insuper lectio, ut aliunde, sic inprimis e mss. codd. Bibl. Palatinae atque Augustanae commonstratur. Opera Wolfgangi Seberi. Lips. —— Haec nova editio priori praestat; sed ea rarius occurrit. Pars quaedam notarum est Ioannis Weitzii. V. 1603.

1639, 8. Theognidis Sententiae, cum versione latina, ita ut verbum verbo conferri possit, addita earundem explicatione a Philippo Melanchthone. Londini MDCXXXIX.

1646, 8. —— V. Pythagoras. I. 1) β).

1651, 12. *ΓΝΩΜΟΓΡΑΦΟΙ ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ΜΕΓΑΡΕΩΣ ΓΝΩΜΑΙ. ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ ποιημα νυθετικον. ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ χρυσα ἐπη. ΣΟΛΩΝΟΣ γνωμαι.* THEOGNIDIS, PHOCYLIDIS, PYTHAGORAE, SOLONIS & aliorum POEMATA GNOMICA. *Graecis ex adverso Latina interpretatio apposita multis in locis correcta, additaque variantis scripturae notatio.* OPERA FRIDERICI SYLBURGII. ULTRAJECTI, Ex Officina Hermanni Ribbii, ANNO CIƆIƆCLI. —— 4 ff. praefixa. F. 2 et 3 leguntur Hieronymi Commelini notae pauculae; sequuntur testimonia Suidae de Theognide, Pythagora, Phocylide, et Solone; 139 pp. oratio graeca cum versione latina; 96 pp. Sylburgii notae in Theognidem. Haec editio diversa est ab ea, quae indicata est s. v. Poetae. I. Bb). Poetae gnomici sub eodem anno. V. 1651. Rep. 1748.

1659, 12. — Opera F. Sylburgii. Ultrajecti. —— V. 1651.

1706, 8. Theognidis Megarensis Sententiae Morales, nova Latina versione, Notis et Emendationibus, explanatae et exornatae: una cum variis Lectionibus, opera Antonii Blackwall. Londini. — Haec editio raro occurrit.

1710, 8. Theognidis Megarensis, poetae celebratissimi Sententiae elegiacae graeco-latinae, notis philologicis, ex probatissimis qvibusdam autoribus excerptis, ac collectis, exornatae, commentario integro, mentem gnomographi aperiente, illustratae, ac demum triplici indice auctiores redditae, quorum Primus singula vocabula ordine Alphabetico digesta ac beneficio Grammat. D. Welleri, resolutioni subjecta recenset: Secundus vocibus ratione Thematum investigandorum difficilioribus inservit. Tertius virtutes morales, vitia, aliaque notatu digna indicat: Quibus accedunt lectiones variantes, In φιλελλήνων commodum, labore ac studio Henrici Gottlob Just, Gr. Lingu. in Gymnas. Augustin. Erffurt. Prof. Sumptibus Autoris. Francofurti & Lipsiae. Apud Michaelem Keyserum, Anno M. DCC. X. —— V. 1740.

1739, 8. Θεογνις. Theognidis Lebens-Reguln, deren Text nach den besten Lesarten hergestellet, und mit deutschen Noten behandelt wird, durch F. Gl. Fischern. Altenb., Richter. —— 8 Gr. Haec editio continet primam germanicam versionem.

1740, 8. — studio H. Glo. Just. Altenb. —— 10 Gr. V. 1710.

1741, 8. Ex Theognidis Megarensis Sententiis moralibus Excerpta, cum versione vulgatis emendatiori (edidit Thomas Bentley). —— V. Callimachus. I. Aa) β).

1746, — 1784, — 1815, — 1817 (bis). 8. — 1823, 32. —— V. Poetae. I. Bb) poetae gnom.

1748, 12. Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis & aliorum poemata gnomica. Graecis ex adverso Latina interpretatio apposita multis in locis correcta, additaque variantis scripturae notatio. Opera Friderici Sylburgii. Traj. ad Rh. —— V. 1651.

1750, — 1776, 8. Theognidis sententiae. —— *V.* Plutarchus. I. BB. Bbb).

1756, 8. — graece. Upsal.

1703, — 1731, 8. *ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΕΡΙ ΟΥΡΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.* THEOPHILI DE VRINIS *LIBELLVS.* THOMAS GVIDOTIVS Anglo-Britannvs, Innumeras, quibus hactenus scatuit, mendas sustulit, Hiulca supplevit, Luxata restituit, de novo vertit, & notas adjecit; *Unà cum Prolegomenis, in quibus de Potulentorum Transitu ad Renes; & recta Urescopiae usu disseritur, Castigatur Textus, & chasmata supplentur ad Exemplaris MS. integri fidem in Celeberrima Bibliotheca Bodleiana Oxonii; collatis etiam aliis Manuscriptis Codicibus: cui accessit ejusdem* THEOPHILI *de Excrementis Tractatus, luce & Latio nunc primum donatus ex eadem Bibliotheca longe Celeberrima.* LVGDVNI BATAVORVM, Apud HENRICVM TEERING, Bibliop. *è regione Academiae in angulo plateae dictae de Kloksteeg.* MDCCIII. — (*Tit. nov.*) Lugdunum (?) Batavorum, Apud Conradum Wishoff. MDCCXXXI. — 8 *ff.* praefixa, 271 pp., 2 *ff.* index. Maximi aestimatur editio. Bibl. sen. et acad. Lips.

II. *Editiones versionum.*

latinarum.

Aa) *Plura opuscula.*

α) *Sine a. et l. notitia.*

—, f. mai. Philareti [Theophili] opusculum de pulsibus, Liber urinarum Theophili. — *V.* Hippocrates. II. A. Bb) α). Utrumque librum vertebat *Pontius Virunius*, sed barbaro sermone.

β) *Cum a. et l. notitia.*

1483, — 1487, — 1491, — 1493, — 1500, f. — 1506, — 1507, — 1515, — 1519, 8. — 1523, f. — 1525, 8. — 1527, 4. — 1533, — 1534, 8. — *V.* Hippocrates. II. A. Bb) β).

1505, 8. — *V.* Hippocrates. II. Cc) 14) β).

1533, 8. Philareti de pulsuum scientia libellus & Theophilvs de urinis. Basileae, per Henricum Petrum M.D.XXXIII. Mense Martio.

1535, 8. — Argentor.

1567, f. — Inter *H. Stephani* Medicae artis principes. Paris. *V.* Scriptores medici. II. A.

Bb) *Singula opuscula.*

1) De hominis fabrica.

1536, 8. Theophili de hominis fabrica libri V, latine, Iunio Paulo Crasso interprete. Venet. — Rep. 1540 sqq.

1540, 12. — Paris.

1581, 4. — latine, Iunio Paulo Crasso interprete. — *V.* Scriptores medici. II. A.

2) Commentarii.

1549, 8. Philothei Commentaria in Aphorismos Hippocratis, nunc primum in latinum sermonem conversa Ludovico Corado interprete. Venetiis, apud Cominum de Tridino. —— Rep. 1581.

1581, 8. — Spirae, apud Bernhardum Albinum.

THEOPHRASTUS.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 242 sqq.; *ed. n.* T. III. p. 408 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1498, f. Theophrasti opera quaedam. Graece. —— *V.* Aristoteles. I. Aa).

1541, f. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΜΕΝ ΠΡΩΤΟΝ ΕΙΤΑ ΔΕ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΜΑΘΗΤΟΥ και διαδοχου, τα μεχρι νυν σωζομενα, άπαντα.* THEOPHRASTI PRIMVM QVIDEM PLATONIS, MOX ARISTOtelis quoque discipuli, & in Philosophiae professione successoris, omnium uero Philosophorum, M. Tullij quoq; testimonio, elegantissimi atq; eruditissimi, Opera, quae quidem à tot saeculis adhuc restant, omnia: summo studio Partim hinc inde conquisita, atq; in unum ueluti corpus nunc primum redacta partim à multis quibus etiam hactenus scatebant mendis, doctorum uirorum industria ac meliorum exemplarium ope repurgata. EORVM TVM PRAESTANTIAM, TVM SINGVLOrum *rationem ac ordinem, ex Praefatione, & subiecto eidem Catalogo abunde cognosces.* Cum Caesareae Maiest. & Christianiss. Galliarum Regis gratia ac priuilegio ad septennium. BASILEAE. Pag. 291: *Ετυπωθη ἐν βασιλειᾳ, ἀναλωμασι και ἐπιμελειᾳ Ιωαννȣ τȣ οπωρινȣ, ἐτει τῳ απο της ἐνσαρκȣ οἰκονομιας τȣ κυριȣ ἡμων Ιησȣ, χιλιοςῳ πεντακοσιοςῳ τεσσαρακοςῳ πρωτῳ, μαιμακτηριωνος δευτερᾳ.* —— 4 *ff.* praefixa, 2 *ff.*: *Θεοφραστου βιος κατα Διαγενην,* 1 *f.* librorum catalogus, 291 pp. Diversa sunt huius libri exemplaria; aliis enim praefatio *Hieron. Gemusaei,* aliis autem *Ioach. Camerarii* epistola praefixa est. Cuius rei caussa ignoratur, cum neuter eorum virorum sibi notas marginales adscribat. *Casp. Hofmannus* suspicatur, notas collegisse Oporinum, collata Gazae versione. Oratio graeca ex coniectura emendata est. Bibl. acad. et sen. Lips.

1552, 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ ΑΙΤΙΩΝ, ΚΑΙ ΤΙΝΑ ΑΛΛΑ ΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΡΙΕΧΩΝ ΤΟΜΟΣ* VI. THEOPHRASTI HISTORIAM DE PLANTIS ET DE CAVSIS PLANTARVM ET QVOSDAM ALIOS IPSIVS LIBROS CONTINENS TOMVS VI. —— *V.* Aristoteles. I. Aa). *Io. Bapt. Camotius* quindecim characteribus octo alios e codice msto adiecit. In reliquis Theophrasti scriptis haec editio est prioris Aldinae repetitio.

1605, f. THEOPHRASTI ERESII, Peripateticorum post Aristotelem principis, *Pleraque antehac Latinè nunquam, nunc Graece & Latine simul edita.* Interpretibus, DANIELE FVRLANDO CRETENSI, ADRIANO TVRNEBO. *Accesserunt* Liber de innato spiritu, Aristoteli attributus, & *DANIELIS FVRLANDI VBERES ad omnia Commentarii.* EX BIBLIOTHECA IOAN. VINCENTII PINELLI. HANOVIAE, Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium & haeredes Ioannis Aubrii. MDCV. — 2 *ff.* praefixa, 397 pp., et 3 *ff.* Quindecim priores characteres ex editione Operina, reliqui ex Camotiana editi sunt. *Danielis Furlandi* commentarius prolixus quidem est, sed non omnibus satisfecit. *Is. Casaubonus* in litteris ad *Ianum Rutgersium,* Paris. III. Nonis Ianuarii 1610 dicit: „*Furlanus*, homo graecus, atque in doctissimus, qui in eamdem scenam post nos descendit, stomachum mihi movit, qui mihi ferme persuasit, etiam Graecos homines in sua lingua posse aliquid a nobis discere: *φθόνος δ᾽ ἀπέσθω τȣ̃ λόγȣ καὶ νέμεσις.*“, atque in epistola ad Heinsium p. 93 ed. Hag. Com. a. 1638: „Is (*Furlanus*) nostra in libellum *Χαρακτήρων ἠθικῶν* non vidit, et, nisi fallor, homo Graecus hominem Gallum non superavit.“ Bibl. acad. Lips.

1613, f. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΕΡΕΣΙΟΥ ἍΠΑΝΤΑ.* THEOPHRASTI ERESII Graece & Latine Opera omnia. DANIEL HEINSIVS *Textum Graecum locis infinitis partim ex ingenio partim e libris emendauit: hiulca suppleuit, male concepta recensuit: interpretationem passim interpolauit.* Cum Indice locupletissimo. LVGDVNI BATAVORVM, Ex *Typographio* HENRICI ab HAESTENS IMPENSIS Iohannis Orlers, And. Cloucq. & Ioh: Maire. ANNO CIↃ.IↃCXIII. — 8 *ff.* praefixa, 508 pp. *Dan. Heinsius* in libri margine adscripsit coniecturas suas

vel diversas lectiones; orationem graecam ad codicis msti Heidelb. atque alius codicis variarum lectionum, Aldinae editioni adscriptarum, fidem obiter emendavit, atque etiam Gazae versionem passim mutavit. Bibl. acad. et sen. Lips.

1818 — 1821, 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ Ερεσιου τα σωζομενα.* THEOPHRASTI Eresii quae supersunt Opera et Excerpta librorum. *Graece et Latine.* Ad fidem librorum editorum et scriptorum emendavit, historiam et libros de caussis plantarum coniuncta opéra H. F. Linkii, Excerpta solus explicare conatus est I. Gottlo. Schneider. Lips., Vogel. *V Voll.* — 27 *Th.* 16 *Gr.*, ch. scr. 35 *Th.* 16 *Gr.*, ch. membr. 46 *Th.* 8 *Gr.* Hac nova maximique aestimanda editione omnia Theophrasti scripta botanica continentur. Conf. *Kurt Sprengelii* censuram in ephem. Neue Entdeckungen im ganzen Umfange der Pflanzenkunde Vol. I. (Leipz. 1820) p. 3—29.

Bb) *Opera singula.*

1) Characteres ethici.

aa) *Omnes.*

1527, 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.* Cum interpretatione Latina per Bilibaldum Pirckeymherum, iam recens aedita. *In libri calce:* Norembergae, per Ioannem Petreium, Anno M. D. XXVII. — Haec characterum editio princeps ducta est e codice msto, quem Pirckhemerus a Io. Francisco Pico, comite Mirandulano acceperat, atque praeter prooemium quindecim priores characteres continet. Valde codex negligentia librarii contaminatus fuit. *Pirckheymerus* libellum suum inscripsit familiari suo, *Alberto Durero*, pictori nobilissimo.

1531, 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ*, cum interpretatione latina. M. D. XXXI. *In fine:* Basileae in officina And. Cratandri, mense Septembri A. Ch. M. D. XXXI. — In quibusdam locis oratio graeca non omnino feliciter mutata est. Versionem latinam esse Angeli Politiani constat ex *Conr. Gesneri* Bibl. p. 614 b., *Maittairii* Annal. typogr. Tom. III. p. 787 et *Ottonis Menckenii* Historia vitae et in literas meritorum Ang. Politiani (Lips. 1756) p. 163. *Angelus Politianus* autem usus est alio codice msto eoque diverso ab iis, ex quibus *Pirckheymerus* et *Camotius* characteres ediderunt. Versio latina excipit orationem graecam.

1557, 8. — graece cum H. Stephani notis brevibus. — *V.* Aristoteles. (I. Bb) DD. Bbb) p. 83.—108. Hic leguntur tres et viginti Theophrastei characteres.

1561, 8. Libellvs Theophrasti continens notas atqve descriptiones morvm quorvndam vitiosorum, conuersus in linguam Latinam & annotationibus illustratus a Leonharto Lycio. *Ex uitio alterius sapiens emendat suum.* LIPSIAE EXCVDEBAT IOHANNES RHAMBA. *Anno* M. D. LXI. — 7 *ff.* praefixa, contin. titulum, et poema graecum Ioach. Camerarii inscr. *Περι Θεοφραστου Χαρακτηρων μεταφρασθεντων υπο Λεοναρδυ Λυκιυ*, epistolam dedicatoriam datam Gottfrido Camerario, puero, atque carmen latinum Andreae Ellingero ad Leonhartum Lycium; 1 vac. *f.*; 13 *ff.* argumenta characterum versioque latina, 14 *ff.* textus graecus, 12 *ff.* Leonharti Lycii annotata, quibus in pag. ult. adiectae sunt: *ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ του Θεολογου γνωμαι μονοστιχοι κατα αλφαβητον ιαμβικον*, graece. 1 *f.* Errata. Lycius orationem graecam ex Stephani editione repetiit, sed versionem latinam ad suas potius coniecturas, quam ad Stephanianum textum accommodavit. Adnotationes et criticae et exegeticae sunt quidem breves, sed non contemnendae. *Lycius* in epistola, libello praemissa, de auctore characterum dubitare videtur his verbis: „Visum autem mihi est, libellum hunc ab autore uel Theophrasto, uel alio quopiam studijs puerilibus dedicatum, & superiorum temporum barbarie à scholarum possessione alienatum," *etc.* Haec adnoto, quia nostro tempore satis constat, characteres, qui hactenus leguntur in editionibus, non integros esse. Bibl. sen. Lips.

1582, f. Theophrasti Eresii morum characteres, graece et latine, interprete Claudio Auberio, adiectis eiusdem notis criticis atque historicis. — *V.* Aristoteles. I. Bb) FF. Ccc) 1) *β*).

1583, 4. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ* — THEOPHRASTI de notis morum liber singularis cum Angeli Politiani latina interpretatione, a Federico Morello, Parisiensi, cum eruditis viris recognita et octo posterioribus notis, quae antea desiderabantur, ab eodem in hac editione adaucta. Lutetiae apud Federiçum Morellum typographum regium. MDLXXXIII. — In margine Morellus posuit suas aliorumque coniecturas, nonnullas etiam recepit in textu.

1584, 4. — *V.* Aristoteles. I. Bb) FF. Aaa). *Sylburgius* recepit Stepha-

nianum textum, cum aliorum suisque emendationibus.

1589, 12. —— In Thesauro philosophiae moral. (Lugd.) p. 92 sqq. *V.* Epictetus. I. Bb) 1).

1592, 8. THEOPHRASTI Characteres ethici, sive Descriptiones morum Graecè. Isaacus Casaubonus recensuit, in Latinum sermonem vertit, et LIBRO COMMENTARIO illustravit. Cum duplice Indice: altero rerum et verborum: altero auctorum utriusque linguae. Lugduni, Apud Franciscum le Preux. M. D. XCII. (*Alia exx.* MD. XCIII.) —— *Casaubonus* novam ad quatuor codices mstos Palatinos recensionem instituit, fecit novam versionem latinam, atque editionem instruxit commentario praestantissimo. Conf. *Heumannum* in Actis philosophorum Tom. III. p. 683 sqq.

1599 (1598), 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ἠθικοι χαρακτηρες.* THEOPHRASTI NOTATIONES MORVM ISAACVS CASAVBONVS *recensuit, in Latinum sermonem vertit*, & LIBRO COMMENTARIO ILLVSTRAVIT. Editio altera recognita, & aliquot capitibus aucta ex MSS. *Cum Indice triplici, primo nominum propriorum; secundo Graeco; tertio Latino; vtroque vocum & rerum.* LVGDVNI, Apud Antonium de Harsy. M. D. XCIX. *In f. ult.: Excudebat Guichardus Iullieron. Typographus Regius.* LVGDVNI, 1599. —— 12 *ff.* praefixa, 351 pp, 22 *ff.* indices, 1 vac. *f.*, et 1 *f.* In hac altera editione accesserunt quinque characteres, cap. 24. 25. 26. 27. 28. e codice msto Palatino. In Bibl. sen. Lips. Rep. 1612 sqq.

1604, 8. — ex recensione Is. Casauboni, opera Io. Kirchmanni. Rostoch. —— Kirchmannus adhibuit editionem Casaubonianam primam.

1612, 8. — Is. Casaubonus recensuit *etc.* Lugd. —— *V.* 1599 et 1617.

1613, 12. — Colon. Allobrog.

1617, 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ἠθικοι χαρακτηρες.* THEOPHRASTI NOTATIONES MORVM. ISAACVS CASAVBONVS *recensuit, in Latinum sermonem vertit*, & LIBRO COMMENTARIO ILLVSTRAVIT. *Editio ultima recognita, ac infinitis in locis ultra praecedentes aucta & locupletata*, Atque paulò ante authoris obitum recognita. CVM INDICE NECESSARIO. *LVGDVNI*, APVD VIDVAM ANT. DE HARSY, Ad insigne Scuti Coloniensis. M. DCXVII. NON SINE PRIVILEGIO. *F. ult. b: LVGDVNI.* EX TYPOGRAPHIA Iacobi du Creux, aliàs Molliard. 1617. —— 4 *ff.* titulus et praefatio, 4 *ff.* indices; 307 pp., 6 *ff.*

1632, — 1653, 12. — cum piis monitis Io. Angel. Werdenhagenii. Lugd. Bat., Io. Maire.

1638, 8. — Is. Casaubonus recensuit *etc.* Lugd.

1638, 8. Theophrasti Characteres ethici, graece et latine, ex editione Is. Casauboni. Londini.

1640, 8. — graece et latine, edidit Io. Meursius. Lugd. Bat.

1659, 8. Theophrasti Notationes morum, Is. Casaubonus recensuit, in latinum sermonem vertit et libro commentario illustravit. Editio nova, prioribus quanto melior et auctior praefatio ad lectorem, dedicationi subnexa, declarabit, cum indicibus. Brunsuigae, typis hered. Andreae Dunckeri, impensis Christ. Gerlachii et Sim. Beckenstein. MDCLIX. Haec editio omnino habetur Casaubonianarum praestantissima, quia editor eos locos, quos Casaubonus tantum commemoravit, accuratius indicavit; sed et truncavit et interpolavit Casauboni commentarium. Ceterum textus graecus modo editoris coniecturis modo typographorum erratis contaminatus est.

1666, 8. — graece cum latina versione et prolegomenis Casauboni. Upsal. — Praefatus est *Io. Schefferus.*

1670, 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ἨΘΙΚΟΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.* THEOPHRASTI NOTATIONES MORUM. *ISAACO CASAUBONO* INTERPRETE. EDITIO NONA, Prioribus multò correctior & emendatior. *CANTABRIGIAE:* Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimae Academiae Typographi, Impensis *Joan. Creed*, Bibliopolae *Cantab.* 1670. —— 1 *f.* p. 1—35 oratio graeca cum versione latina; p. 36 sq. index capitum, graece et latine; p. 39—44 Variantes lectiones, in quarum fine legitur notitia haec: „Haec hactenus. Caeterum Theophrastum hunc auctiorem & emendatiorem, Lector, possis expectare ab egregio viro, Isaacò Vossio, qui noscit publico invidere, quae possidet bona. Iterum vale.“ 1 vac. *f.* Haec est pars *Th. Gale* Opusculorum mythologicorum, ethicorum et physicorum. Cantabrigiae 1671. *V.* Scriptores mythologici. Rep. 1688.

1679, 8. — graece cum Casauboni latina versione edidit Adamus Rechenbergius. Lips.

1680, — 1702, — 1707, — 1739, — 1740, 8. — V. Epictetus. I. Bb) 1).

1686, 4. ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ἠθικοὶ χαρακτῆρες. THEOPHRASTI Notationes morum, cum versione Latina ISAACI CASAUBONI. EDITIO NONA, numeratis incisis, in commodiorem docentium & discentium usum, distincta. HELMESTADI, Typis & sumptibus GEORG. WOLFGANGI HAMMII, Acad. Typogr. Anno MDCLXXXVI. — 2 ff. praefixa, 76 pp. Sub praefatione editor nomen suum signavit *Smidius*.

1688, 8 mai. Theophrasti Notationes morum, graece et latine et cum notis. — V. *Th. Galé* Opuscula mythologica, physica et ethica. (Amstel.) p. 567—616. Notae in hac nova editione textui, iuxta quem versio latina exhibetur, subiectae sunt. Auctor notarum est *Thomas Gale*, qui usus est editionibus Camotiana, Casauboniana, Oporina, Oxoniensi, Stephania, Sylburgiana, editione Stobaei Aurel. MDCIX., codice msto Bibl. Trin. Coll. Cant.; nonnullae sunt etiam editoris coniecturae.

1690, 8. — Budissae.

1707, 8. — Bononiae typis Petri M. Montii.

1708, 8. — Graece et latine. Ex versione Is. Casauboni, cum (*Petri Hedelini*) indice omnium verborum. Cura Erici Benzelii. Upsal.

1712, 8. ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ ΗΘΙΚΟΙ. THEOPHRASTI Characteres Ethici. Graece et Latine. Cum notis et Emendationibus ISAACI CASAVBONI et Aliorum. Accedunt IACOBI DUPORTI Praelectiones iam primum editae. Graeca cum vetustissimis MSS. collata recensuit, et Notas adiecit PET. NEEDHAM, S. T. B. Coll. Div. Ioh. Cantab. Socius. Cantabrigiae: typis Academicis Impensis Cornelii Crownfield, celeberrimae Academiae typographi. MDCCXII. — Adhibuit *Needhamus* quatuor codicum mstorum Paris. collationes, quas ab *Guil. Clerico* acceperat, atque codicem mstum Coislinianum; praeterea habuit varias lectiones codicis msti Baroccianí, quas *Is. Casaubonus* e codice *Bonaventurae Vulcanii* excerpserat, atque codicis *Ioan. Osborni*, quas ab *Hearnio* accepit. Haec subsidia auxit Sylburgii, Salmasii, Palmerii et Clerici animadversionibus, atque eorum usu adiutus novum textum constituit. Etiam versionem latinam multis locis emendavit. *Duporti* praelectiones multa aliena atque puerilia, atque multa ad verbum e *Casauboni* notis illiusque *Salmasii* excerpta continent. Conf. *Heumanni* Acta philos. Vol. III. p. 684 sqq. Memoires of Litterature Vol. II. p. 229 sqq.

1717, 8 mai. — recensuit et notas adiecit Petrus Needham. Cantabr. etc. — Haec ex praecedenti iterata editio est nitida, sed nostrates eam non noterant.

1726, 8. Θεοφραστου Χαρακτηρες ηθικοι. Theophrasti Characteres ethici; vt Isaac. Casavbonvs e graeco in latinvm sermonem vertit et Petr. Needham e mst. codd. graecis Cantabrigiae recensvit. Lipsiae Litteris Io. Georgii Schniebesii. MDCCXXVI. — 6 ff. praefixa, 68 pp. Editor fuit *F. Gthlf Freytag* pater, qui praefationem de Theophrasto eiusque Characteribus praemisit.

1737, 8. THEOPHRASTI CHARACTERES ETHICI, Graece, cum versione latina Isaaci Casauboni et notis Joannis Cornelii de Pauw. Trajecti ad Rhenum Apud Joannem Evelt MDCCXXXVII. *F. ult. b:* Trajecti ad Rhenum, Typis Petri Muntendam, MDCCXXXVII. — 20 ff. praefixa, 221 pp., 1 f. In notis proposuit multas coniecturas editor, cuius annotationes Schneider omnino contemnebat. Conf. *Hauptmanni* censuram in Actis Erudítor. Lips. a. 1738. m. Iun. p. 296 sqq.

1739 (non 1740), 4. Θεοφραστου χαρακτηρες ηθικοι. Theophrasti Characteres Morum. Cum nova versione latina, ineditis August. Buchneri notis, supplementis item Varr. Lectt. MS. & commentationibus suis edidit Io. Conr. Schwartz. Coburgi Typis b. Mauritii Hagenii vid. et heredum, An. Chr. MDCCXXXIX. — 2 ff. praefixa, 105 pp., 3 ff. Vir doctus et sagax ex *Casauboni, Needhami* apparatu suisque coniecturis temere textum constituit.

1743, — 1758, 12. ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ ΗΘΙΚΟΙ. THEOPHRASTI Characteres ethici. Ex recensione PETRI NEEDHAM, et versione latina ISAACI CASAVBONI. Glasguae: in aedibus academicis, excudebat Robertus Foulis, Academiae typographus.

1744, 8. — 1748, 12. — 1758, 8. — V. Epictetus. I. Bb) 1).

1749, 8. Θεοφραστου ἠθικοὶ Χαρακτῆρες. — V. Eclogas ex optimis graecis scriptoribus. (Turici, Orelli) p. 137—268. Notae sunt Needhami, sed mutilatae.

1751, 8. — Lips. et Halae.

1753, 8. — graece. — In *I. Matth. Gesneri* Chrestomathia graeca. (Lips.) p. 124 sqq.

1754, 8. The Characters of THEOPHRASTVS, with a strictly literal translation of the Greek into Latin, and with notes and observations on the text in English. For the benefit of Hertfort-College. By the late Richard Newton, D.D. and Principal. Oxford, Clements. —— Editio diligenter correcta est; versio anglica, quam adiecit, in verbis vere verbo respondet.

1761 — 1763, 12. Caratteri di Teofrasto Greco-Toscani, colle loro illustrazioni, varie lezioni, e note del senatore Leonardo del Riccio. In Firenze nella Stamperia Mouckiana. *IV Voll.* —— Haec editio facta est iuxta Lugdunensem a. MDXCIX., collato textu graeco cum quatuor codicibus mstis Florentinis, quorum lectiones variae in extrema paginarum ora adnotatae sunt. Versio est pura magnique aestimatur.

1763, 8. Theophrasti Characteres recensuit, animadversionibus illustravit atque indicem verborum adiecit Ioh. Frider. Fischerus. Accessit commentarius Isaaci Casauboni. Coburgi ex officina et sumtu Ioh. Caroli Findeisii. A. C. CIƆIƆCCLXIII. —— 23 *ff.* praefatio, 5 *ff.* Casauboni praefatio aliaque, 166 pp., 61 *ff.* index, 240 pp. Casauboni commentarius, 6 *ff.* indices. Diligentissime enotavit Fischerus cum librorum et scriptorum et editorum lectiones, tum virorum doctorum coniecturas et emendationes, quibus addidit duorum codicum mstorum Bibliothecae Guelferbytanae varias lectiones, quas ipse enotavit. Conf. *Klotzii* Acta litteraria, Vol. I. P. I., p. 78—93. Nova Acta litter. a. 1763. m. Sept. P. II. p. 465 sqq.

1773, — 1779, 8. Theophrasti Characteres. In usum scholarum. (*Cum indice G. Chph. Bremeri.*) Magdeb.

1781, 8. — graece cum indice germanico edidit I. G. Ch. Neide. Magdeb.

1787, 8. Caracteres morales de Teofrasto. Reflexiones filos., sobre las Costumbres de nuestro siglo por Mr. Duclos; traducidos los primeros del Griego y las segundas del Frances al Castellano por Ignazio Lopez de Ayala. Madrid, Escribano.

1788, 8. — graece. Dresdae.

1789, 8. — cum adnotationibus et indice locupletissimo a I. F. Leonh. Menzel. Baruthi.

1790, 4 min. Theophrasti Characteres ethici, graece. J. Wilkes recensuit. Lond., Nichols. —— Wilkes recepit in hac sua nitidissima atque diligentissime erratis typogr. purgata editione textum Fischerianum.

1791, 8. Θεοφραστου ηθικοι χαρακτηρες. Theophrast's Sitten-Gemälde für höhere Lehr-Anstalten aufs neue bearbeitet von Joh. Jak. Heinr. Nast. Stuttg., b. Erhard u. Löflund. 1791. —— XLVII, 180 pp., 22 *ff.* 12 *Gr.* Pag. 153 sqq. adiecta sunt: Einige Charakter-Schilderungen aus Griechischen und Römischen Schriftstellern: aus Lucians Rednerschule, aus Petrons Satyricon, aus den Briefen des Synesius 104. 132, aus B. 4 ad Herennium, Horazens 9. Sat. B. 1., aus Rutilius Lupus II., ein Epigramm Martial's. In textu constituendo saepe discedit a *Fischero*; in notis adiectis tractantur et res grammaticae, et exponuntur virtutum notationes. In praevia commentatione agitur de consilio atque characterum ratione, quam Theophrastus in his notationibus depingendis secutus sit.

1794, 4. Theophrasti Characteres ethici. Graece et Latine. Parmae, Bodoni. —— Haec editio, cuius auctor est *Pagnini*, habet *Needhami* textum omnium triginta characterum. Nonnulla exx. sunt in ch. m., alia eaque in ch. membr. in forma *fol.*

1798, 8 mai. Theophrasti Characteres cum additamentis anecdotis, quas e codice ms. Palatino-Vaticano saeculi XIV descripsit Ioann. Philipp. Siebenkees, edidit et lectionis varietatem adiecit Ioann. Adam Goez. Norimbergae, in officina Steiniana MDCCXCVIII. —— XXXII, 71 pp., et 1 tabula scripturae codicum duorum. 12 *Gr.* In characteribus quindecim prioribus maximam partem secutus est editor Fischerum, e cuius notis quoque plurima hausit et transscripsit; in posterioribus autem recepit lectiones codicis Palatino-Vaticani, cuius etiam additamenta suo loco interposuit. Siebenkeesii notis suas adiunxit. Haec autem additamenta, quae iam in *Siebenkeesii* Anecdotis p. 105 sqq. leguntur, alii tribuunt seriori tempori; sed *Schneiderus* discessit, de iis iudicans p. XXII. haec: „Contra mihi supplementa Vaticani multa non solum vera videntur, sed in etiam necessaria, ut nunc demum multi characterum posteriorum XV loci ex libro Vaticano interpolati intelligi possint, quorum sententia antea erat plane imperfecta atque obscura. In multis praeterea antiquitatis, moris sermonisque Attici manifesta vestigia expressa agnosco; sunt etiam in quibus mores ritusque et deorum cere-

moniae memorentur, aliunde ignotae; in nullo tamen manifesta aut probabilis aetatis recentioris vestigia agnoscere potui. Vocabula enim et locutiones excipio, quibus Epitomatoris manus maculas passim ex aetate sua adspersit."

1799, 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.* Theophrasti Characteres seu Notationes morum Atticorum. Graece ex librorum scriptorum copiis et fide interpolati et aucti virorumque doctorum coniecturis correcti. Editor Io. Gottl. Schneider, Saxo. Jenae, sumt. F. Frommanni. MDCCIC. — *Addenda sunt:* Auctarium animadversionum ex comparata Helveti Hottingeri interpretatione subnatarum. *ib.* 1799. — Auctarium animadversionum et correctionum praecipue ex editione Parisiensi 1799 auctore D. Coray, Doctore medicinae. *ib.* 1800. —— 1 *Th.* Praemissa libro est: Notitia librorum editorum et manuscriptorum, ex quibus Theophrasti characteres fuerunt publicati et correcti. Quam excipiunt Characteres ipsi, quibus animadversiones et criticae et exegeticae adiunctae sunt. Sed quod attinet ad textus graeci constituendi rationem, videtur admodum audax fuisse in coniecturis suis in textu recipiendis, atque codicis Vaticani additamentis suo loco inserendis. At negligentia typothetarum et correctoris editio mendis scatet. Conf. Mélanges de Critique et Philologie par Chardon de la Rochette, Tom. II. p. 156—183.

1799, 8 mai. Les Caractères de Théophraste d'après un manuscrit du Vatican contenant des Additions qui n'ont pas encore paru en France, Traduction nouvelle, Avec le Texte grec, des Notes critiques, & un Discours préliminaire sur la Vie & les Ecrits de Theophraste. Par Coray, Docteur en Médecine de la Faculté de Montpellier. à Paris, Chez J. J. Fuchs, Libraire, rue des Mathurins No. 334. De l'imprimerie de Baudelot et Eberhart. L'an VII (1799). —— In narratione vitae Theophrasti retinuit fabellas illas, quae iam dudum sunt explosae, v. *Heumanni* Acta philosoph. Tom. III. P. XVII. p. 671 sq. Editor autem adhibuit varias lectiones quatuor codicum mstorum Florent., iam in Riccii editione vulgatas, et I. E. *Bernardi* coniecturas, depromptas e Reiskii vita, Lipsiae 1783, 8. edita. Sed in textu constituendo nimis religiose adhaesit Fischero; propria editionis dos sunt editoris versio gallica atque notae, partim criticae, partim historicae et litterariae. Conf. *Millini* Magasin Encyclop. an. IV. Tom. I. no. 2. p. 236. an. V. Tom. IV. no. 13. p. 68 sq., et: Mélanges de Critique et Philologie. Tom. II. p. 141—183.

1800, 8. *ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.* THEOPHRASTI CHARACTERES, sev Notationes morvm atticorvm, Graece ex librorvm scriptorvm copiis et fide interpolati et aucti, virorumque doctorum coniecturis correcti. Editor Io. Gottl. Schneider. Editio minor in usum studiosae iuventutis, Indiculo nominum et vocabulorum aucta. Jenae, sumtibus F. Frommanni. MDCCC. —— 4 *ff.* praefixa, 239 pp. 16 *Gr.*

1802, 8. Theophrasti de Characteribus ethicis libellus, cuius textum graecum seorsim edidit Ioannes Andreas Sixtus. Altorfii et Norimbergae, in bibliopol. Monath. et Kussler. 1802. —— 55 pp. Editor recepit Fischerianam recensionem.

1807, 8. Theophrasti Characteres ethici, in usum studiosae iuventutis scholasticae et academicae, cum interpretatione latina secundum edidit et notis illustravit L. Sahl. Havniae. —— Capita duo, quae Amadutius e codice Vaticano primus edidit, non cognovit editor.

1814, 8. *Θεοφράστου Χαρακτῆρες.* Theophrasti Characteres, seu facetae morum atticorum notationes, graece. Quas, ex optimis, quotquot hactenus exstant, textus restituendi praesidiis suaque coniectura emendatas atque dispositas, illustravit Severinus Nic. Ioan. Bloch. Pars prior, graeca et crisin complectens. Lipsiae, MDCCCXIV. Impensis I. F. Hammerichi, bibliopolae Altonaviensis, ex officina Neubertiana. —— XXXIV pp. praemonenda, 2 *ff.* conspectus argumenti, atque corrigenda; 160 pp. 16 *Gr.* Textui sunt subiectae notae. Contra *Hottingerum* genuina esse additamenta codicis Vaticani contendit editor, qui etiam aliter ac in reliquis editionibus adornavit ordinem characterum. Conf. Wiener allg. Literaturzeit. 1814. m. Nov. p. 1518 sqq. ephem. litter. Jenens. 1815. no. 98.

1815, 8. *Θεοφράστου Χαρακτῆρες Ἑλληνιςὶ ἐκδοθέντες μετὰ Συντόμων κριτικῶν ἐπιςάσεων ὑπὸ Δημητρίου Νικολάου Δαρβάρεως, δαπάνῃ Αὐταδέλφων Δαρβάρεων Ἰωάννου καὶ Μάρκου. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐςρίας παρὰ τῷ Ἰωάννῃ Β. Σβήκιῳ.* 1815. —— XVI, 92 pp. et 2 *ff.* 14 *Gr.* Praefixa est Theophrasti effigies. Oratio graeca est emendata, sed saepe e coniectura.

1815, 8 mai. Theophrasti Characteres in usum lectionum edidit et indice

vocabulorum instruxit F. Astius. Lipsiae MDCCCXV. in libr. Weidmannia. —— 1 *f.*, 58 pp.

1816, 8 mai. Theophrasti Characteres. Ad optimorum librorum fidem recensuit, de notationum ingenio atque auctore exposuit et perpetua adnotatione illustravit F. Astius. Lips. MDCCCXVI. in libraria Weidmannia. —— VI, 272 pp. 1 *Th.* 6 *Gr.*, ch. scr. 1 *Th.* 12 *Gr.*, ch. membr. 2 *Th.*

1819, 16. *Θεοφραστου Ερεσιου Χαρακτηρες.* Theophrasti Eresii Characteres passim emendati in usum praelectionum. Tubingae, apud C. F. Osiandrum. 1819. —— 56 pp. 6 *Gr.*

1821, — 1826, 12. *Θεοφραστου Χαρακτηρες, Επικτητου Εγχειριδιον, και Κεβητος Θηβαιου πιναξ. Παντα τα βιβλια συν πλειστη ἀκριβειᾳ στερεοτυπως εκδοθεντα. Εν Λειψιᾳ εκ του τυπογραφειου Καρ. του. Ταυχνιζιου.* —— 1 *f.*, 54 pp. 4 *Gr.*, nunc 2 *Gr.*, ch. scr. 6 *Gr.*

bb) *Delectus.*

1776, 8. Theophrasti Characteres ethici VIII, graece. —— V. *Spechtii* Syllogen sententiarum locorumque ex scriptoribus aliquot graecis. Herbipoli, impr. Stahel.

1778, 8. Theophrasti Characteres VII, graece. —— *V.* Florilegium ex graecis scriptoribus, ad usum Collegii Florentinorum in Urbe, cura Francisci Fontanii. (Romae apud Benedictum Francesium.) Tom. I. p. 131—139.

1786, 4 mai. Charactervm ethicorvm Theophrasti Eresii capita dvo, hactenvs anecdota qvae ex cod. ms. Vaticano saecvli XI. graece edidit latine vertit, praefatione et adnotationibvs illvstravit Iohannes Christophorvs Amadvtivs. Parmae, ex regio typographeo MDCCLXXXVI. —— 1 tabula effigies Theophrasti, 4 *ff.*, 128 pp., 5 *ff.* E codice msto Vaticano duo hactenus inedita capita edidit. Praeterea usus est Amadutius lectionibus e cod. Vindob. 238 et quatuor codd. bibliothecae Mediceo-Laurentianae Excerptis. Praefatio est historia characterum litteraria, cuius maxima pars e *Fischeri* praefatione deprompta est; deinde capita illa duo sequuntur, quae nec latinitate nec fide in graecis reddendis commendantur. Quae excipiunt adnotationes admodum largae, in quibus multa aliena, pauca ad rem pertinentia tractantur. Ceterum editio est splendidissima. Duo capita Theophrasteorum characterum anecdota sunt recusa in ephem. inscr.: Continuazione delle Novelle Letterarie di Firenze 1787. No. XXI. p. 325 sq. atque in Annalibus litter. Helmstad. a. 1787. m. Aug. p. 140 sq., eaque subiunxit etiam *Ch. Dan. Beckius* Institutionis philologicae Monogrammatibus, quae prodierunt Lipsiae 1787, 8.

1822, 8. Theophrasti Characteres quinque priores cum prooemio et sedecim sequentium partibus nunc primum genuinâ formâ publicati. Graece e cod. quondam Augustano descripsit Ch. Wurmius, cum Epilogo edidit F. Thierschius. —— *V.* Acta Philologorum Monacens. (Monachii.) T. III. fasc. III. p. 363—388. Ex *Thierschii* Epilogo p. 385 sqq. transscribo haec: „Scripsit sane Theophrastus anno aetatis suae nonagesimo nono bonorum malorumque morum notationes, et oratione quidem, ut Aristotelis discipulum decebat, concinna et sincera. Eius libri, cuius altera pars de bonis moribus prorsus intercidit, indoles ac natura, multis illa dubitationibus obnoxia, hucusque expediri non potuit. Prodiit tandem prooemium formâ haud dubie genuinâ, cuius orationem puram atque elegantem si cum vulgatae dissoluta verbositate et ineptiis conferas, quae fata perpessum fuerit aureum Theophrasti opusculum, nunc demum ita patet, ut omnis iam dubitatio sublata sit. Scilicet liber ille propter argumenti amoenitatem multos lectores et explicatores nactus est, qui posteaquam prisca graecae dictionis indoles et castitas desierat, suo genio eum accommodare et inani verborum et sententiarum copia involvere studuerunt. Si verum est, quod referente Fischero in Praef. ad Theophr. dixit Conradus Gesnerus, in Bibliothecis italicis extare commentarios *Maximi Planudae* in hunc libellum, equidem non dubitem pronunciare industrium illum Monachum pro ingenio sui temporis non explicuisse solum, sed etiam circumscripsisse Characteras Theophrasti et Planudae metaphrasin esse, qui hucusque Theophrasti sermo habitus fuit. Quod ad quinque priores characteras, quales ex Codice nostro exhibuimus, attinet, hi quidem et ipsi Theophrasti orationem puram et incorruptam exhibent, nec quisquam eius describendi artem et orationem in primis e libris de natura plantarum doctus, hic desiderabit, sed cognatam esse et in plantarum et in hominum natura depingenda philosophi solertiam deprehendet. Multa etiam, ut in omni descriptionum oeconomia, ita in dictione conveniunt, quae futuris editoribus indicanda relinquimus. De capitibus, quae quintum sequuntur, non ita simplex est iudicium. Apertum quidem est,

etiam in his vulgatam Theophrasti orationem simili qua in praecedentibus ratione corruptam esse. Multa enim ieiuna et diffusa, multa ad simplicitatem et brevitatem Theophrasti dissolvendam, aut ad eius argumenta amplificanda addita esse et ex re ipsa et ex codicis nostri oratione cum vulgata comparata patet. Plura autem in hac nostra tam brevia, ut vix integros Characteras referant. Accedit, quod in ea non pauca vulgatorum amissa sunt, quae ob argumenti praestantiam nemini nisi ipsi Theophrasto tribuas, et quod plerumque oratio per καὶ ὅσα παρόμοια abrumpitur. Nec tamen recte epitomen te habere statuas. Dictio enim etiam in minimis integra et Theophrastèa. Statuendum igitur aut nostrum librarium aut eum, quem is sequutus est, satis habuisse inde a sexto capite primas cuiusque capitis morum notationes descripsisse, reliquas autem, quas ex descriptis lector colligeret, omisisse. Haec autem, quae disputavimus, si vera sunt, sequitur, nos Theophrasti libri partim capita integra, partim capitum fragmenta primos nunc genuina edidisse, quibus futuri eius editores in quaestionibus nimium iam agitatis absolvendis tanquam firmo fundamento possint insistere."

2) Historia plantarum.

aa) Integra.

1644, f. THEOPHRASTI ERESII DE HISTORIA PLANTARVM LIBRI DECEM. Graece & Latine. *In quibus* Textum Graecum variis Lectionibus, emendationibus, hiulcorum supplementis: Latinam Gazae versionem nova interpretatione ad margines: totum Opus absolutissimis cum Notis, tum Commentariis: item rariorum Plantarum iconibus illustravit Ioannes Bodaevs à Stapel, Medicus Amstelodamensis. *Accesserunt* Iulii Caesaris Scaligeri, in eosdem Libros Animadversiones: et Roberti Constantini Annotationes, cum Indice locupletissimo. Amstelodami Apud Henricum Laurentium Anno 1644. *In fine*: *Typis* Judoci Broerssen. Anno 1644. —— 10 *ff.* praefixa, 1187 pp., 43 *ff.* Ex *Moldenhaweri* Specimine p. 7 sq. exhibeo, quae idem vir de hac editione iudicat, et quae deinde *Stackhouse* in sua editione Vol. I. proleg. p. XV sq. repetiit. Sunt autem haec: „Vix absoluto labore mortuus auctor, Egberto Bodaeo parenti vulgandum reliquit opus. Omnia effecit Bodaeus, quae illa tempora atque illa aetas fere potuit. Plura in veterum scriptis ad restituendum explicandumque textum sparsa, vasta eruditione effudit. Conjectura etiam acute usus, licet Plinio nimium tribuat. In extricandis quoque plantis Theophrastus saepius felix. Sed obscura tum temporis Graeciae, finitimarumque regionum flora, adegit virum sane eruditum, ut ad plantas adeo Americanas anxius confugeret. Neque mirum, quae de interna plantarum structura, vegetationis legibus, sexus mysterio Theophrasto perspecta, fugisse virum, omnibus quibus nos suffulcimur praesidiis destitutum. Textum Heinsianum recepit. Varias lectiones Aldinae secundae, Basileensis, negligentius licet; tum suas, Scaligeri, Constantini, Salmasii coniecturas margini addidit: quarum nonnullas in notis defendit vel refellit. Gazae versionem ab Heinsio correctam, suis emendationibus in margine additis, textui opposuit. Scaligeri ac Constantini animadversiones suis praeposuit. Icones obscurae sane et incertae, eadem magnitudine plantas maximas et minimas sistunt." Icones plantarum omnes fere ex Herbario Gerardi a Johnsono emendato, Londini 1633 edito, sunt depromptae. Bibl. acad. et sen. Lips.

1813—1814, 8. Theophrasti Eresii de Historia plantarum libri decem, Graece. Cum Syllabo generum et specierum, glossario, et notis. Curante Joh. Stackhouse, Arm. Soc. Linn. S. Oxonii, excudebat S. Collingwood. Prostant venales apud J. Parker, Oxonii; T. Payne, White et Cochrane, et J. Murray, Londini; et J. Deighton, Cantabrigiae. MDCCCXIII. — *Vol. II. ib.* MDCCCXIV. —— XXV pp. prolegomena, p. xxvii—lii Catalogi plantarum Theophrasti, 241 pp., 1 *f.*; lxxxviii pp., p. 243—509, et 1 *f.* errata. Haec editio neque in rebus philologicis, neque in botanicis satisfacit; sed splendida est. Conf. ephem. litter. Jenens. 1816. no. 48. 49. 50. Wiener Jahrbb. 1816. d. 343 sqq.

bb) Delectus.

1791, 8 mai. *Jo. Jac. Pauli Moldenhaweri* Tentamen in historiam plantarum Theophrasti. Hamburgi sumtibus Benjamin Gottl. Hoffmann. MDCCXCI. —— 151 pp. 16 *Gr.* Auctor libelli praemisit historiam litterariam, atque deinde exhibuit p. 17—36 priora quatuor capita libri primi historiae plantarum, ubi textui graeco subiecit varias lectiones atque versionem latinam Gazae emendatam. In textu graeco emendando usus est codice mato Hafniensi atque veteribus editioni-

bus; in animadversionibus copiosissimis p. 37 sqq. adiectis expediuntur et res criticae, et botanicae.

3) De lapidibus.

1577, 4. Theophrasti liber de Lapidibus, Graece. Lutetiae, ex officina Fed. Morelli. M. DLXXVII.

1647, 8 mai. *Ioannis de Laet* Antverpiani De Gemmis et Lapidibus Libri duo. *Quibus praemittitur* Theophrasti Liber de Lapidibus Graece & Latine Cum *Brevibus Annotationibus*. Lugduni Batavorum. Ex Officina Ioannis Maire. Anno cIↃIↃcXLVII. —— 8 *ff.* praefixa, 24 *ff.* Theophrasti liber, 210 pp. de gemmis et lapidibus libri, 3 *ff.* index. Oratio graeca ex editione Furlani recepta, attamen codicis Palatini fide aliquot locis restituta, aliisque in locis coniectura editoris emendata est. Versio latina pariter Furlani est. Brevibus in notis exhibentur lectionis varietates, coniecturae ex Plinio, aliisque, et Plinii loca parallela, atque emendationes.

1746, — 1774, 8. Theophrastus's history of Stones. With an English version and critical and philosophical notes, including the modern history of the gems described by that author, of many other of the native fossils. By John Hill. London, Davis. —— Hillius suscepit lacunas orationis graece supplere, non tamen usu codicum adiutus, sed coniectura atque ex Plinii libris, quos ex Theophrasto saepe eum transtulisse contendit. Praeterea usus est Salmasii emendationibus atque coniecturis. In notis partim emendationum rationes, partim loca ex Plinio proponuntur.

1770, 8. Theophrastus von den Steinen, aus dem Griechischen. Nebst Hills physicalischen und critischen Anmerkungen und einigen in die Naturgeschichte und Chymie einschlagenden Briefen, aus dem Englischen übersetzt. Mit Anmergen und einer Abhandlung von der Kunst der Alten in Stein zu schneiden, vermehrt, von Abr. Heinr. Baumgärtner. Nürnberg, bey J. Adam Lochner. 1770. —— 16, 384 pp., 12 *ff.* 22 *Gr.* Versioni adiecta est oratio graeca.

4) De causis plantarum.

1550, 4. Theophrasti de causis plantarum liber primus, Graece. Parisiis, apud Vascosanum. M. D. L.

1558, 8. Theophrasti de causis Plantarum liber sextus, Graece & Latine. Paris., apud Guil. Morelium. M. D. LVIII. —— *Maittairii* Annal. typogr. T. III. p. 707. Alia editio *ib.* MDLXXXVIII. 8. nunquam prodiit.

5) Metaphysica.

1550 — 1551, f. Ioannis Baptistae Camotii Philosophi Commentariorvm in primvm Metaphysices Theophrasti libri tres, ad Cosmvm Medicem, Regalis amplitvdinis, et svmmi principatvs Ducem. [*Cum textu Theophrasti graeco.*] Cum privilegio Illustrissimi Senatus Veneti. Venetiis, apvd Federicvm Tvrrisanvm. M.D.LI. *In fine*: M.D.L. —— 2 *ff.* praefixa, 111 num. *ff.*, et 1 *f.* cum delphino Aldi, qui etiam in libri fronte conspicitur. Latinam praefationem praemisit Camotius, cuius nomen scribitur proprie *Camozzi*.

1585, 4. — 1823, 8 mai. —— *V.* Aristoteles. I. Bb) EE. Aaa).

6) De odoribus.

1527, 4. Θεοφραστου περι οσμων. *Graece.* —— *V.* Aristoteles. I. Bb) DD. Aaa).

1556, 4. Theophrasti libellus de odoribus, Graece, ab Adriano Turnebo Latinitate donatus, atque annotationibus illustratus. Lutetiae, apud Michaëlem Vascosanum. M.D.LVI. Calendis April. — 32, 10 num. *ff.*

1600, f. Theophrasti de Odoribus Libellus, graece et Latine, Adriano Turnebo interprete, et cum eiusdem Annotationibus. —— V. *Turnebi* Opera, T. II. p. 5 sqq.

7) De igne.

1552 — 1553, 4. Theophrastus de Igne, Graece. Paris., apud Adrianum Turnebum. M.D.LII. — Theophrasti de Igne, Liber, Latine, Adriano Turnebo interprete, cum eiusdem annotatiunculis. Paris., apud Adrianum Turnebum. MDLIII. *In fine*: Excudebatur Lutetiae Parisiorum M.D.LII. Pridie Cal. Ianuar.

8) De piscibus.

1527, 4. Θεοφραστου περι ιχθυων. Graece. —— *V.* Aristoteles. I. Bb) DD. Aaa).

1578, 4. Theophrastus de Piscibus, Graece. Paris., ex officina Federici Morelli MD. LXXVIII.

9) De sudoribus.

1527, 4. Θεοφραστου περι ἱδρωτων. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Aaa).

1576, 8. Theophrastus de Sudoribus et de Vertigine, graece et ex latina versione et cum animadversionibus Bonaventurae Grangerii. Paris.

10) De vertigine.

1527, 4. Θεοφραστου περι ἰλιγγων. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Aaa).

1557, 8. Ex του περι ἰλιγγων Θεοφραστου. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Bbb).

1640, 4. Guilielmi Ballonii Commentarius in libellum Theophrasti de vertigine. [Cum textu Theophrasti graeco.] Editore Iacobo Thevart. Paris., apud Iacobum Quesnel.

11) De lassitudinibus.

1527, 4. Θεοφραστου περι κοπων. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Aaa).

1557, 4. Ex του περι κοπων Θεοφραστου. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Bbb). Excerpta paucula ex hoc libello habet Photius cod. CCLXXVIII. p. 1571 edit. Hoeschel., quae etiam exhibentur cum problematis Aristotelis edit. Sylburg. p. 356.

12) De mutandis coloribus.

1557, 4. Ex του περι των μεταβαλλοντων τας χροας Θεοφραστου. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Bbb).

13) De nervorum resolutione.

1557, 4. Ex του περι παραλυσεως Θεοφραστου. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Bbb). Hoc fragmentum v. etiam in collectione Problematum Aristotelis. I. Bb) GG. 1) 1585.

14) De animi defectione.

1557, 4. Ex του περι λειποψυχιας Θεοφραστου. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Bbb). Hoc fragmentum legitur etiam in collectione problematum, v. Aristoteles. I. Bb) GG. 1) 1585.

15) De animalibus repente adparentibus.

1557, 4. Ex του περι των ἀθροως φαινομενων ζωων Θεοφραστου. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Bbb).

16) De invidentibus bona sua animalibus.

1557, 4. Ex του περι των λεγομενων φθονειν Θεοφραστου. Graece. —— V. Aristoteles. I. Bb) DD. Bbb).

II. Editiones versionum.

A. latinarum.

1) Characteres.

1610, f. Theophrasti Characteres, latine, Bilibaldo Pirkheimero interprete. —— V. eius Opera, ab Melchiore Goldasto Haiminsfeldio edita. (Francof.) p. 214 sqq.

1654, — 1672, — 1675, 12. *Ludouici Molinaei* Morum exemplar, seu Characteres. Accesserunt, ob argumenti similitudinem Theophrasti Characteres ethici et *Io. Ludou. Vinis* introductio ad sapientiam. Lugd. Bat. 1654; Hagae Comit. 1672; Hamburgi 1675.

2) Historia et de causis plantarum.

aa) *Omnes libri coniunctim.*

α) *Sine a. et l. notitia.*

—, 8. Theophrasti de historia plantarum. lib. ix. Et decimi principium duntaxat. Eiusdem de causis plantarum. lib. vi. —— V. Aristoteles. II. A. Bb) α).

β) *Cum a. et l. notitia.*

1483, f. F. 1 a: THEODORI GRAECI THESALONICENSIS AD NICOLAVM QVINTVM PONT. MAX. *Haec est inscriptio epistolae dedicatoriae, quae finitur f. 1 b lin. 29. Continuo sequitur Theodori praefatio, quae f. 3 b explicit. Tum incipit:* THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM LIBER PRIMVS PER THEODORVM GAZAM IN LATINVM EX GRECO SERMONE VERSVS. *In fine libri decimi, qui tantum duodecim lineis constat, legitur:* Theophrasti Liber decimus cuius paucula quaedam habentur: & quod apud graecos habetur: id Theodorus traduxit. *F. 77 b sequitur* Georgii Merulae *Alexandrini epistola ad Dominicum Sanctum Patricium; deinde exhibentur in 6 ff. librorum argumenta. F. 84 incipit:* THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM LIBER I. *F. 156 a finitur verbis his:* THEOPHRASTI DE

CAVSIS PLANTARVM LIBER SEXTVS ET VLTIMVS EXPLICIT. IMPRESSVM TARVISII PER BARTHOLOMAEVM CONFALONERIVM DE SALODIO. ANNO DOMINI. M. CCCC. LXXXIII. DIE. XX. FEBRVARII. — 156 *ff.* cum 41 lin. et *sign.* Char. rom. Tantummodo in primum librum *de Plantarum causis* per primum plagularum fasciculum notae marginales adscriptae sunt.

1504, f. HABENTVR HOC VOLVMINE HAEC THEODORO GAZA INTERPRETE. Aristotelis de natura animalium. lib. IX. fol. 1—56. Eiusdem de partibus animalium. lib. III. 56—79. Eiusdem de generatione animalium. lib. V. 79—108. Theophrasti de historia plantarum lib. IX. 109—156. Et decimi principium duntaxat. Eiusdem de causis plantarum. lib. VI. 157—204. Aristotelis problemata in duas de quadraginta sectiones, &c. 205—256. Alexandri Aphrodisiensis problemata duobus libris nō unquā āte īpressa eodē Theodoro īterprete. 256—273. — Venetiis mense Martio, M. D. IIII. — *V.* Aristoteles. II. A. Bb) *β*).

1513, f. Theophrasti de historia plantarum. lib. IX. et decimi principium duntaxat. Eiusdem de causis plantarum. lib. VI. — *V.* Aristoteles. II. A. Bb) *β*).

1529, 8. Theophrastus de historia et de causis Plantarum libri quindecim. Theodoro Gaza interprete. Eiusdem Tabulae duae capita librorum complectentes: quarum unam libris de historia, alteram de causis plantarum, una cum vocabulis quibusdam Graecorum et Latinorum nominum, praefixas inuenies lectór. Theodoro Gaza interprete. Vaenit Parisiis apud Aegidium Gourmontium in via ad divum Jacobum sub intersignio trium Coronarum Parisiis MDXXIX. — In *Fabricii* Bibl. Gr. T. III. p. 418 indicatur editio sub a. 1529: *Vaenit Parisiis, apud Christianum Wechel.*

1534, f. Theophrasti de historia plantarum Libri IX. Et Decimi principium duntaxat. De causis plantarum Libri VI. Theodoro Gaza interprete. — *V.* Aristoteles. II. Bb) DD. *β*).

1552, 8. Aristotelis et Theophrasti Historiae. Cum de natura animalium, tum de plantis et earum causis. Lugduni, apud Theobaldum Paganum. MDLII. *Hic est tomus I.; alterius tomi titulus:* Theophrasti philosophi clarissimi, de historia plantarum libri IX. cum Decimi principio: et de Caussis, sine earum generatione libri VI. Theodoro Gaza interprete. Quantum diligentie huic editioni Iordanus ... adhibuerit in restituendis, quae corrupta erant, ex Graeco, docebit te sequens Epistola ad Lectorem. Lugduni apud Theobaldum Paganum. MDLII. —. Alia atque prorsus eadem editio *Iordani* versionis *ib.* eodemque anno prodiit:

1552, 8. THEOPHRASTI PHILOSOPHI CLARISSIMI, DE HISTORIA PLANTARVM Libri IX. cum Decimi principio: & de Causis, siue earum Generatione Libri VI. THEODORO GAZA INTERPRETE. *Quantum diligentiae huic Editioni Ioannes Iordanus medicus doctissimus adhibuerit in restituendis, quae corrupta erant ex Graeco, docebit te sequens Epistola ad Lectorem.* LVGDVNI, Apud Gulielmum Gazeium, M. D. LII. Cum Priuilegio *Regis. F. ult. b: LVGDVNI,* Excudebat Nicolaus Bacquensius, M.D.LII. — 2 *ff.*, 26 *ff.*: index rerum, 390 pp., 7 *ff.* Vocabula latina & Graeca. Ex Ioannis Iordani ad lectorem data praefatione exhibeo haec: „... Theophrasti de re plātaria libros summa fide ac diligentia Latinos fecit Theodorus Gaza Graecus, medicus utraq; lingua doctissimus, qui nō uerbū uerbo, sed Theophrasti mētē exprimere adeò studuit, ut is prope modū Latinè scripsisse uideri queat. Adhaec suae linguae imitatione aptissimè fictis aliquando uocibus non infeliciter auxisse creditur linguā Latinā, alioqui inopē in hoc argumēto à Latinis negligētius tractato. Verū quoniā, ut ipse cōqueritur, usus est exēplari tēporum iniuria mutilo ac deprauato, coactus est quae deerāt omittere, & quae erāt deprauata, qua potuit cōiectura restituere, quod nos repetita saepius horū librorū lectione, pariter ac meliorū exēplariū collatione probè deprehendimus. Exēplar etenim Graecè in Germania impressum doctorū uirorū industria & emendatiorū codicū ope repurgatum, & alia, & plura nōnullis in locis habet, quàm Gaza cōuerterit. Quare hominū eruditorū iudicio ijs adhibitis in consiliū, qui haec ex professo tractarūt, ex Germanico exēplari nos eorū, quae erāt omissa, illa suo loco addidimus, quae à doctis probari & ad rē facere uisa sunt: nōnulla adhuc deprauata, quoad fieri potuit, in integrū restituimus. Quae porro aliter legerat interpres nullis mutatis Graecè ad marginem paucis in locis annotauimus, ut liberū cuiq; iudiciū relinqretur: ea uerò quae typographorū incuria fuerāt excudēda cor-

1531, f. Theophylacti Archiepiscopi Bulgariae, in omnes divi Pauli epistolas Enarrationes, divinae prorsus, tamque diligenti nunc studio recognitae, ut ad praecedentem collationem, longe perfectius, in lucem exiisse videantur, Christophoro Porsenna Rhomano Interprete. Adiectus est Index Epistolarum dominicalium atque aliorum festorum. Anno M.D.XXXI. *In fine:* Coloniae in aedibus honesti civis Petri Quentell Anno domini MDXXXI. Mense Ianuario.

1532, 8. THEOPHYLACTI Archiepiscopi Bulgariae, in omnes D. Pauli epistolas enarrationes, diligenter recognitae. Christophoro Porsena Romano interprete. Coloniae ex officina Eucharii Cervicorni Anno M.D.XXXII. mense Martio. *In fine:* Coloniae impensis honesti uiri Godefridi Hittorpii pridie calendas Ianuarii.

1537, 8. — Christophoro Porsena Romano interprete. Coloniae.

1540, f. Theophylacti Archiepiscopi Bulgariae in omnes D. Paulli epistolas enarrationes, iam recens ex vetustissimo archetypo graeco, per D. IOANN. LONICERUM fidelissime in latinum conuersae. Ad haec eiusdem Theophylacti in aliquot prophetas minores compendiaria explanatio, eodem Ioanne Lonicero interprete. Basileae.

1542, f. Theophylacti Archiepiscopi Bulgariae in omnes D. Pauli Epistolas, & in Habacuc, Jonam, Naum, Osee, Enarrationes, Latinè, ex Archetypo Graeco vetustissimo, per Johannem Lonicerum versae; & Victorini Commentarii in Apocalypsin ex bibliothecâ divi Victoris ad Parisios. Paris., excudebat Michael Vascosanus sibi & Iohanni Roigny. MDXLII. —— Rep. 1545.

1545, 8. — Parisiis apud Audoënum Parvum sub lilio aureo viâ ad Divum Iacobum. MDXLV. —— Rep. 1548.

1548, 8. — Ioanne Lonicero interprete. Paris. —— *V.* 1545.

1554, f. — per D. Ioann. Lonicerum fidelissime in latinum conversae, plurimis in locis emendavit Philippus Montanus. Basil. —— Rep. 1564.

1564, 8. — Antwerp. — *V.* 1554 et 1570.

1570, f. — Basil. —— *V.* 1564.

3) Institutio regia.

1622, f. Theophylacti Institutio regia, ad Constantinum Porphyrogenitum, latine, Petro Possino interprete. —— In Bibl. PP. max. (Lugd.) Tom. XVIII. p. 563—570.

4) Epistolae.

1622, f. Theophylacti Epistolae, latine, interprete Vincentio Marinerio, Valentino. —— In Bibl. PP. (Colon.) T. XV.

1677, f. — latine Vincentio Marinerio interprete. —— In Bibl. PP. max. (Lugd.) Tom. XVIII. p. 532—563.

III. *Illustrantia Theophylactum scripta.*

(*D. V.*) Asonas of Theophylact. —— *V.* Classical Journal, no. XIV. p. 319 sq.

E. H. *Barker*: Reply to the Article on the Asonas of Theophylact. —— *V.* Classical Journal, no. XV. p. 90.

Petrus *Bondam*: Variae lectiones in Theophylacti epistolas ex Cod. Ms. ab Is. Vossio editioni Meursii 1617. adscriptas, cuius exemplar servatur in bibl. academiae Lugdun. Batavae, exscriptae. —— V. *Ferd. Stoschii* Museum criticum. (Lemgoviae, 1774. 1775) Vol. I. fasc. I. sect. II. p. 8—15.

I. G. *Dahler*: De codice msto Argentinensi Theophylacti commentariorum in Prophetas minores. —— *V.* Annal. litter. Helmstad. a. 1789. m. Febr.

I. Casp. *Hagenbuchius*: Excursus theologico-litterarius de Theophylacto, Bulgariae archiepiscopo; ceu exercitationis philologico-theologicae ad I. Tim. VI. 2. missus quartus, quintus et sextus, ac missus sexti reliquiae. Turici 1760—1761, 4.

I. Dav. *Michaelis*: De codice Theophylacti Argentinensi. —— *V.* eius Bibliothecam orient. atque exegeticam. Part. VIII. p. 165 sqq.

Alex. *Petrie*: Remarks on Theophylactus. —— *V.* eius: Compendious History of the catholik Church. (Hague 1662, f.) p. 212 sqq.

THEOPHYLACTUS Simocatta.

Fabr. B. Gr. T. V. p. 280 sqq.; *ed. n.* T. VII. p. 582 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1598 — 1599, 8. *ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ ΤΟΥ ΣΙΜΟΚΑΤΟΥ τα εὑρισκομενα ἁπαντα.* THEOPHYLACTI SIMOCATI EXPRAEFECTI *Quae reperiri potuerunt omnia.* Naturalium quaestionum dissertatio. Historiarum Orientalis Imperij Mauric. Imper. Aug. Epitome librorum VIII. De Legationibus exterarum gentium ad Romanos, & Romanorum ad exteras gentes. Epistolae Morales, Rusticae & Amatoriae. EX BIBLIOTHECA AND. SCHOTTI ANTVERPIANI. Ex Officina Commeliniana, clɔlɔlc. — THEOPHYLACTI SIMOCATI OPVSCVLA quae haberi potuerunt: omnia: *IACOBVS KIMEDONCIVS F. e Graeco vertit, & Castigationes addidit.* Apud Hieronymum Commelinum. clɔlɔxcviii. —— 8 ff. praefixa, contin. titulum, *Iani Gruteri* praefationem, eiusque carmen latinum ad Iosephum Scaligerum; 115 pp. oratio Theophylacti graeca; 102 pp., contin. praemissas partes, et p. 103 — 112: Iacobi Kimedoncii, filii Castigationes in Theophylactum.

Bb) *Plura opuscula.*

1596, 12. Theophylacti Simocattae Quaestiones physicae & Epistolae. — Cassii Iatrosophistae Quaestiones medicae & Problemata de animalibus & quadrupedibus. Omnia Graece. Lugd. Bat., apud Ioannem Baers.

1597, 12. Theophylacti Simocattae Questiones physicae nunquam an-

tehac editae. — *Eiusdem* Epistolae morales, rusticae, amatoriae. — Cassii questiones Medicae. — Iuliani Imp. Galli Caes. Basilii & Greg. Nazianzeni Epistolae aliquot nunc primùm editae. Omnia Graecè, curâ Bonaventurae Vulcanii. Lugd. Bat., Patius. —— Harum duarum editionum, de quibus *Heylerus* in editione Iuliani epistolarum, *Fabricius* in Bibl. gr., atque *Schweigerus* valde erraront, notitiam sumsi ex Catalogue d'une bibliotheque de litterature. (Utrecht 1776, 8) Tome I. p. 216. no. 2261 et 2262. *Schweigerus* tantum posteriorem novit.

1835, 8. *ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΣ.* THEOPHYLACTI SIMOCATTAE Quaestiones physicas et Epistolas ad codd. recensuit versione Kimedonciana et notis instruxit I. Fr. Boissonade. *Infra:* IAM PARISIIS, apud J. Albert Merklein, via des beaux-arts, no. 11. MDCCCXXXV. —— XXXV, 333 pp. 3 *Th.* In praemissis foliis recusae sunt priorum editorum praefationes partim integrae partim excerptae. Pag. 1 — 81 textus graecus exhibetur; deinde versio latina; postea p. 163 sqq. notae Boissonadii, quarum maxima pars critica est. Pag. 324 exhibentur Corrigenda et Addenda; pag. 326 sqq. index notarum. Ex *Boissonadii* praefatione p. vi sq. exhibeo haec: „Vulcanius Theophylacti Quaestiones Physicas et Epistolas cum Cassii Problematis graece ex officina Patii Leidae a. 1596. prodire jussit. Anno sequente, Theophylacti et Cassii volumini Iuliani Imperatoris, Galli Caesaris, Basilii et Gregorii Nazianzeni Epistolas aliquot tunc primum editas addidit, pristinumque libro anniculo titulum in fronte posuit, epistola etiam dedicatoria ad Grulartum senatorem Rhotomagensem scripta cui et illius anni 1597 notam apposuit. Priorem editionem tantum noveram, quum in Heyleri Praefatione Iuliani Imperatoris epistolas unquam fuisse una cum Theophylacto editas a Vulcanio negarem. Reperto demum anni posterioris exemplare integro, lectores Heyleri meliora doceo, lectores etiam Fabricii, qui, Bibl. Gr. t. 7. p. 585, in editione anni 1696 (male loco 1596) Iuliani epistolas contineri affirmat, quae tamen anno demum 1697 (male loco 1597) lucem viderunt. Edidit igitur Vulcanius (nam liber rarissimus diligentius est recensendus) Iuliani epistolas eas, quae sunt in Heyleriana numeris signatae 50, 51, 52, 63, 77, et ad hanc Basilii responsum; tum Galli Caesaris epistolam; et Gregorii Nazianzeni unam ad Nicobulum, quae in Bilyuna est ordine 209[a]. In notis Boissonadii p. 165 sq. leguntur haec: „Vocabatur Theophylactus cognomine τοῦ Σιμοκάτου, non Σιμοκράτους, ... nec Σμοκράτου ..., sed Σιμοκράτου. Dubitationi locus esse potest de nominis recto casu. ... Itaque ad Dionys. v. 730 Eustathius de Theophylacto historico: οὐ μόνον δὲ ὁ Σιμόκατος, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ πίστεως ἄξιοι τοὺς Οὔννους ἔθνος ἱστοροῦσι Σκυθικὸν ἀξιόλογον. Dictus fuit et ὁ Σιμόκατος Tzetzae in Chiliadibus 3, v. 100; 8, v. 517. Quidquid id est, inde lucramur ut pro certo possimus asserere eidem Theophylacto Historiam ac Quaestiones physicas et Epistolas esse tribuendas; qua de re nonnulli frustra dubitaverunt. Titulus expraefecti, ἀπὸ ἐπάρχων, Theophylacto etiam a Photio datus est Biblioth. cod. 65; etiam ἀντιγραφέως, non scribae, ut est in versione latina, parum circa id nomen diligente, sed magistri scriniorum: vide Dutheil. in Notit. manu. t. 8. part. 2, p. 80, ubi de Theophylacto disseruit. Dicitur et σχολαστικὸς, seu causarum patronus; quo de nomine ejusque variis significationibus vide Tarin. et Barth. ad Zachariam Scholasticum init.; Catan. et Longol. ad Plin. 2, Epist. 3, 5; Coray. ad Plutarch. Cicer. 5, et Epist. de Hierocle p. 23; Petav. ad Synes. p. 84; Cleric. ad Sulp. Sever. Dial. 1, 9; Rader. Isag. ad. Scalam Io. Climaci c. 2; Upton. ad Arrian. Dissert. 1, 11, 39."

Cc) *Opera singula.*

1) Quaestiones physicae.

1653, 4. *Θεοφυλακτου του Σιμοκαττα προβληματα και ποοημματα φυσικα περι ζωων παθων.* Graece et latine edidit Andreas Rivinus. —— *V.* Cassius Iatrosophista. I.

2) Historiae.

1604, 4. THEOPHYLACTI Simocatae historiae Mauricii Tiberii Imperatoris Libri VIII. Item Georgii Phranzae chronicorum de vltimis orientalis imperii temporibus *etc.* libri III. Epistola Georgii Trapezuntii. Omnia ex Bibl. Maximiliani Bavariae principis deprompta, latine conversa et notis illustrata a Iacobo Pontano. Ingolstadii, Sartorius.

1648, f. Theophylacti, Simocattae, Historiarum Libri VIII, Graece et Latine, interprete Iacobo Pontano. Editio priore castigatior, et Glossario Graecobarbaro auctior, studio et opera Caroli Annibalis Fabrotti. Parisiis, e typogra-

phia Regia. MDCXLVIII. —— Pertinet ad collectionem historicorum scriptorum byzantinorum Paris.

1729, f. — Venetiis e typographia Bartholomaei Iavarina. —— Est ex praecedente editione expressa.

3) Excerpta.

1648, — 1729, f. Eclogae ex Theophylacti Simocattae de legationibus, graece et latine, ex versione et cum notis Iacobi Kimedoncii. —— *V.* Dexippus. I.

4) Epistolae.

1499, 4. Theophylacti Epistolae (*morales XLIX*, *rusticae XXVIII*, *et amatoriae totidem*). *Graece.* —— V. *Aldi* collectionem Epistolarum graecarum Tom. II. *V.* Epistolae. I.

1606, f. Theophylacti Epistolae. *Graece et Latine.* —— *V.* Epistolae. I. Hic adiicio, quod *Isaacus Casaubonus* de versionis latinae auctore iudicat in praefatione Opusculis variis *Iosephi Scaligeri* Paris. 1614, 4. praefixa, his verbis: „Quaedam sub Iacobi Cuiacii, ICtorum huius aetatis nominatissimi, nomine sunt publicata, de quibus ille ὄδ' ἐν ὀνείροις unquam cogitavit. Eiusmodi est illa graecarum epistolarum latina interpretatio, quam inaudita mentiendi et falsa fingendi licentia Cuiacio quidam adscripserunt, et sub tam illustri nomine obscuri cuiusdam et mediocriter docti Germani versionem publicarunt, quum V. C. Franciscus Pithoeus, a quo illi habuerunt, eam saepe mihi in bibliotheca sua ostenderit, et Basileae, nescio quo casu, sibi repertam dixerit."

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1509, 4. THEOPHYLACTI Scolastici Simocati Epistolae morales, rurales, et amatoriae, interpretatione latina (*Nicolai Copernici*). *In fine:* Impressum Cracovie in domo domini Iohannis Haller. Anno salutis nostre M.D.IX. —— Volumini praefixa est *Laurentii Corvini* Elegia, qua Prutenis valedicit *Copernicus*.

B. gallicarum.

Quaestiones physicae.

1603, 12. Dialogue de Theophylacte Simocatte sur diverses questions naturelles utiles et plaisantes, et leurs solutions. Translaté de l'original Grec en François par Federic Morel, interprete du Roy. à Paris, chez Federic Morel. 1603. —— 46 pp. In fine sunt: Vers decasyllabes de C. Garnier Parisien à Monsieur Morel.

III. *Illustrantia Theophylactum scripta.*

Mart. *Hankius*: De Theophylacto Simocato historico. —— *V.* eius Librum de Byzantinarum rerum Scriptoribus, Part. I. p. 186—194.

THEOPOMPUS.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 434 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 801 sqq.

I. *Fragmenta.*

1829, 8mai. Theopompi Chii fragmenta, collegit, disposuit, et explicavit, ejusdemque de vita et scriptis commentationem praemisit R. H. Eyssonius Wichers. Lugduni Batavorum, Apud S. et J. Luchtmans, Academiae Typographos. 1829. —— XII pp. praefatio, p. 1—54: Commentatio de Theopompi Chii vita et scriptis, p. 55—131 fragmenta, p. 133—284: Animadversiones in Theopompi Chii fragmenta, p. 285—296 Indices. 2 *Th.* 4 *Gr.*

II. *Illustrantia Theopompum scripta.*

G. Jos. *Aschbach*: Dissertatio de Theopompo Chio historico inaug. Francof. ad M., typis Broennerianis MDCCCXXIII. 4. —— 31 pp. Enumero singularum sectionum argumenta. Sunt haec: §. 1. De historicis graecis, qui inter Xenophontis ac Polybii aetatem vixerunt; §. 2. Theopompi vita; §. 3. De Theopompi ἱστορικοῖς λόγοις; §. 4. De Theopompi scribendi genere; §. 5. De Theopompi hyperbolis; §. 6. De Theopompi excursibus; §. 7. De Theopompi maledicentia; §. 8. Utrum Theopompo in historia, inprimis Philippi, fides habenda sit, necne?; §. 9. De nonnullis minoribus scriptis Theopompi; §. 10. De recentioribus scriptoribus, qui de Theopompo egerunt. De Theopompo adnotavit quaedam *Boeckhius* in libro suo: „Staatshaushaltungskunst der Athenienser, T. I. p. 242.

G. *Frommel*: De Theopompi Chii Epitome Herodotea commentatus est, atque fragmenta explicuit. —— V. *Creuzeri* Meletemata, Tom. III. p. 135—170.

Mic. *Gedoyn*: Suite des Extraits de Photius traduits, et accompagnez des Notes. Abregé de Theopompe. —— *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. Tom. XIV. p. 235 sqq.

F. *Koch*: De Theopompo Chio, Historico Graecorum quondam celeberrimo. Stettin. 1792, 8.

——: Prolegomena ad Theopompum Chium. Stettin, 1803, 4; Lips. 1807, 8. —— 16 *Gr.* In his prolegomenis tractantur haec argumenta: 1) Demonstratur utilitas e collectione fragmentorum Theopompi exspectanda; 2) De Theopompo ipso atque iudiciis veterum de eo; 3) Loca quaedam eius inserta et illustrata leguntur.

A. I. Edm. *Pflugk*: De Theopompi Chii vita et scriptis. Berol., Mylius. 1827, 8 mai. —— 8 *Gr.* Ingeniose atque magna cum diligentia hunc libellum composuit auctor.

THESPIS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 160 sqq.

I. Chph. *Crameri* Commentatio de Thespide, primo haud dubie cultoris tragoediae auctore. Jenae, litteris Schillianis cIɔIɔccLIIII. 4. —— XVI pp.

I. Iac. Meno *Valett*: Num Thespis Tragoediae auctor haberi possit. Sectio I. et II. Erlangae, 1788, 4.

THOMAS Magister.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 526 sqq. VI. p. 323; *ed. n.* T. VI. p. 181 sqq.

I. *Editiones textus.*

1) Orationes et Epistolae.

1693, 4. *ΘΕΟΔΟΥΛΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΗΤΟΙ ΘΩΜΑ ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ. ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΛΟΓΟΝ: ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΙ ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΙ Δ. ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ Η.* HOC EST THEODULI MONACHI, SIVE THOMAE MAGISTRI, LAUDATIO GREGORII THEOLOGI, NAZIANZENI. EJUSDEM ORATIONES GRATULATORIAE. IV. ET EPISTOLAE. VIII. Editore ac Interprete LAURENTIO NORRMANNO, ANNO CHRISTI CIƆIƆCXCIII. UPSALAE, Excudit HENRICUS Keyser, S. R. M:tis & Acad. Typographus. —— 5 *ff.* praefixa, 236 pp. Laudatio Gregorii Theologi legitur graece et latine, p. 1—165; Notae quaedam censoriae, p. 166—168; Orationes gratulatoriae graece et latine, p. 169—201; Epistolae, graece et latine, p. 202—236. Bibl. sen. Lips.

2) Dictiones Atticae.

1517, 8. *Θωμα του μαγιςρου κατα ἀλφαβητον, ἀτθιδος διαλεκτȣ ἐκλογαι. αἷς οἱ δοκιμωτατοι χρωνται των παλαιων. και τινες αὐτης, παρα σημειωσεις και διαφοραι.* Thome Magistri per alphabetum, hoc est elementorum ordinem attici eloquii, elegantie. quibus approbatissimi priscorum vsi sunt. atq; nōnulle, circa eandem annotationes ⁊ differentie: (*Literis goth.*) *Infra est Caliergi insigne typ., aquila duplici capite, inscr.: ZK. In fine f. 132 b: Τελος, των ἐκλογων, Θωμα τȣ μαγιςρου. — Και αὐται ἐν ῥωμῃ παρα Ζαχαρια καλιεργη τω κρητι ἐτυπωθησαν. Χιλιοςω φιζ΄. Μηνος μαρτιȣ δ' ἐπὶ λεοντος δεκατȣ παππα ῥωμης. ἡ των ϕυλλων ἀκολουθια. — ✻. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. ϑ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. ς. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Η. Θ. Ι.* —— 2 *ff.* praefixa, 130 non num. *ff.* contin. Thomae Magistri librum. In privilegio Leonis X. Pontificis appellatur typographus *Zacharias Caliergi*, et non scribitur *Callierges*, ut *Ritschl* dicit. In graeco λ exprimitur signo η. Bibl. sen. Lips.

1524, f. DICTIONARIVM GRAECVM cum interpretatione latina, omniū, quae hactenus impressa sunt, copiosissimum. Collectio dictionum, quae differunt significatu, per ordinem literarum. Dictiones latinae graece redditae. Ammonius de similibus & differentibus dictionibus. Vetus instructio & denominationes praefectorum militum. Orbicius de nominibus ordinum militarium. Significata τȣ̃ ἤ καὶ ὡ̃ς. Io. Grammatici quaedam de proprietatibus linguarum. Eustathii quaedam de proprietatibus linguarum apud Homerum. Corinthus de proprietatibus linguarum. Verborum anomalorum declinationes secundum ordinem literarum. Herodiani quaedam de encliticis. Io. Grammatici Characis quaedam de encliticis. Thomae Magistri eclogae atticorum nominum, & uerborum. Phrynichi ecloge atticorum nominum, & uerborum. Emanuelis Moschopuli eclogae atticarum dictionum, nunc primum impressae. *In fine:* Venetiis, in aedibus Aldi, et Andreae Asulani Soceri. mense Decembri. M.D.XXIIII. *II Partt.* —— 148, 164, et 2 vac. *ff.*, quorum posterius Aldi anchoram habet. Nullum singularem titulum habet *Pars II.*

Partis I. *f.* 1 b habet Asulani praefationem. Hic adiungam, quae de editionibus vetustis disputat *Ritschelius* in prolegomenis p. XVIII sqq.: „Quum autem pristini ista ordinis perversio mirabili I. St. Bernardi socordia ex Franeckerana propagata sit in ultimam Lugdunensem a. 1757, nomine quidem Bernardinam, reapse Oudendorpianam, nobis redeundum ad vetustiora exempla fuit, primo renatarum litterarum saeculo typis expressa. Ea tria sunt, princeps *Romanum* a. 1517., per Zachariam Calliergam Cretensem ..., cum Phrynicho eiusdem et anni et officinae nonnunquam iunctum; *Venetum* a. 1524., hoc est *Dictionarium Graecum* ex aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri emissum cum Francisci Asulani praefatione, cuius altera parte praeter plurimos Graecae grammaticae auctores comprehenditur etiam Thomas; denique Parisiense a. 1532. (non 1538, ut est apud Schoellium vol. III, p. 606) Michaelis Vascosani, a quo item aliis quibusdam grammaticis iunctus Thomas est. ..... Quum enim a Schaefero Praef. ad Gregor. Cor. p. XXXIII. commemoratum viderem *Dictionarium Graecum* Venetiis a. 1525. a Melchiore Sessa et Petro de Ravanis editum, cui inter viginti grammaticorum libellos etiam *Thomae Eclogae* adiectae essent, a Tittmanno rari libri possessore facile, ut illud mihi transmitteretur, impetravi. Atque in reliquis mox cognovi hoc exemplum ex Aldino Dictionario anni prioris expressum esse: mirum autem accidit, quod, qui in indice sunt ultimi tres libelli: Thomas, Phrynichus et Epistolares styli (ab aliis Libanio, aliis ascripti ab aliis), eos non modo ab Tittmanniano exemplo abesse repperi, sed nusquam typis esse traditos ex quaternionum indice perspexi. Apparet autem ante absolutum ipsum opus impressum libri indicem fuisse una cum praefatione in aversa primi folii pagina posita, in qua sic loquuntur editores: *Operam enim dedimus ut Thomae magistri, et Phrynichi eclogas ad atticam elocutionem plurimum facientes — — — adiungeremus, neque praeterea de epistolaribus stilis tractatum supressimus.* — Itaque quae esset t r i u m illarum editionum auctoritas, indagandum fuit eo diligentius, quo eas pluris facere viderentur, qui in Thoma poliendo sunt versati. Et Parisinam quidem conferendi molestiam in se suscipere Valckenarius non est dedignatus; cuius notationes ante annum, ut patet, 1757 exemplo Bosiano ascriptas religiosa fide (meis enim manibus tractavi) in epistolarum editione ad Ernestum datarum Tittmannus vulgavit a. 1812.: ex quibus non multum proficias. Verum codice ms. Vascosanum usum esse nullo, cum ex eo appareat, quod eius proprium nihil est praeter aucta hypothetarum menda multo magis quam sublata, tum ex praemissa ad Nicolaum Strabonem epistola licet coniicere, qua hoc se fatetur spectasse, ut grammaticorum libelli emitterentur *forma enchiridii, in gratiam quorundam aulicorum, qui id ut faceret enixe a se contendissent.* Quod autem in epilogo erratorum culpam excusat ab *corrupto exemplari, quod imitatus sit* et cui *initio nimium fidei adhibuerit,* id quidem interpretandum est de editione Aldina, ex qua reliqua quoque, Phrynichum, Moschopuli Syllogam, Orbicii et Aeliani de re militari commentariola Vascosanum repetisse intellexi, et in cuius locum postea demum substituit Romanam. Ut non dolendum sit parum plene in Phrynicho Parisinae discrepantias ab Lobeckio enotatas esse. — Maior apud plerosque Aldinae fuit auctoritas. De Romana enim scribens Harlesius in Fabr. Bibl. vol. VI. p. 183, *haec ait incognita* fuit *Asulano, qui — Thomae Magistri, Phrynichi et Emanuelis Moschopuli eclogas — primus publicasse sibi videbatur —.* Quod quidem ab Wolfio Misc. Obs. V, 3. p. 28, qui in Asulani praefatione trium illorum eclogas *nusquam in hoc tempus impressas legerat*, bona fide ad recentiores manavit, ut ad Schoellium vol. III. p. 207. At vero non modo in omnibus rebus praeter levioris generis errata, pauciora tamen ea quam Parisinae, prorsus illa cum Romana congruit, sed ne in mentem quidem Asulano unquam venit, a se primum Thomam vulgari. Quod enim in fronte libri extat: *nunc primum impressae,* ea verba vel interpunctione separata sunt ab Thomae Phrynichique nominibus et ad solas Moschopuli *eclogas* spectant, quibus sunt apposita. Atque hoc vere ita esse, planissime praefationis verbis evincitur, oscitanter ab Wolfio inspectis, quibus quae *accesserint* priori Dictionarii editioni a. 1497. enumerantur, in his autem *atticarum dictionum* ἐκλογαὶ *Thomae Magistri, Phrynichique, et Emanuelis M o s c h o p u l i nusquam in hoc tempus i m p r e s s i.* Luculentius etiam quod contendimus eo efficitur, quod ex omnibus grammaticorum scriptis, quae complectitur illa appendix, praeter Moschopulum nihil est, quod non vel ex priore Dictionarii editione repetitum sit, vel ex aliis libris sumptum prius typis excusis, et maximam quidem partem ex Hortis Adonidis. Quod quum diligens comparatio fecerit ut mihi sit persuasissimum, tamen non est huius loci uberius persequi. — Ita quoniam ex Aldina vidimus Parisiensem, Aldinam autem expres-

sam esse ex Romana, unius tantum codicis instar veteres editiones sunt habendae. Qui si vel aequa cum reliquis codicibus bonitate esset, perversa recentiorum editorum censenda religio esset, trepidanter tantum illarum fidem hic illic derelinquere audentium. Quid igitur? quod non modo ad reliquorum praestantiam ille minime accedit, sed vel eiusdem vel Calliergae culpa interpolationibus ut arbitror quibusdam corrupta editio Romana est, communis fons posteriorum exemplarium. Ac quae sit pars culpae in Calliergam transferenda, is fortasse poterit eruere, si cui Taurinensis bibliothecae codicem CLXIII., in chartis saeculo XV. scriptum, certis in locis conferre licuerit. Eum enim *consonum esse omnino editioni Romanae* notatur in Pasini Catalogo p. 246. b. Quodsi huic indicio ita sit fidendum, ut non tantum, epitomam non esse, qualem p. 156. descripserat, significare voluerit: 'concordiae illius eo gravior vis sit oportet, quo insigniores reliquorum codicum ad unum omnium a Romana discrepantiae sunt. Atque eodem spectare inscriptio amborum librorum propria videtur, quae in Taurinensi est: *elementa attici eloquii secundum alphabeti ordinem;* in Romano vero: *per alphabetum, hoc est elementorum ordinem attici eloquii, elegantiae.* Quanquam quae in hoc addita est Graeca inscriptio, quum nec in Taurinensi exstet: nec enim talia Pasinus solet praetermittere: nec a Callierga possit profecta esse: quippe huic eam cum libris mss. communem esse p. XIII. vidimus: non dubito, quin aut perierit primum codicis folium, aut non ipsum Taurinensem Callierges manibus usurparit, sed descriptum ex illo vel ex quo ille ductus esset. Sed tamen cur de Calliergae interpolationibus cogitandum sit, caussae posthac significabuntur. — Ceterum quoniam in Thoma ordinem articulorum, qui est librorum mss., servavit Callierges, idem non satis caussae est cur Phrynichi Eclogam credatur litterarum ordini congruenter transposuisse, quod a Pauwio Praef. p. VIII. Lob. aliis est persuasum, ut Valckenario Praef. ad Ammon. p. XII. Namque non meliore ut videtur Callierges Phrynichi quam Thomae libro ms. usus est, atque epitoma adeo quadam Nunesianae simili: epitomarum autem auctoribus quam fuerit proclive istud disponendi genus, exemplis quibusdam patefiet infra positis. — In hac igitur mutua ratione veterum editionum sua sponte apparet, quid tribui Romanae, quid non potuerit, cur fundamento mihi fuerit ad instaurandum pristinum vocum ordinem, in reliquis autem fere minoris quam quivis scriptorum librorum habita. Ut autem illius, ita Aldinae et Parisinae discrepantias accurate et plene apponendas duxi, tum ut liberum unicuique iudicium esset, tum quia in novissima editione maiore quam credas negligentia non modo omissa plurima, sed innumerabilibus in locis falsissima ex illis allata vidi ac plane contraria eorum, quae revera illic exstant. Quo crimine ne Valckenarius quidem vacat. Accedit quod praeter Wolfium, annotationum parcissimum, nemo eorum, qui in Thomam commentati sunt, ne Oudendorpio quidem excepto, Venetam ipse usurpavit, Romanam solam Stoeberus (secutum in Vascosanum hallucinatus p. 87), reliqui nullam. Meis autem testimoniis ita volo confidi, ut quibus in locis nullam commemorarim diversitatem, ibi certe illis credatur cum ea quam ipse recepi scriptura convenire: nisi forte invito vel mihi vel typothetae levidense aliquid exciderit. Excipio tamen eas accentuum notationes, de quibus dixi ad p. 18, 5., et ι subscriptum, in Parisina nunquam, hic illic in Veneta, constanter omissum in Romana, et si qua sunt similia."

1525, f. Thomae Magistri Dictionum Atticarum collectio. —— In Dictionario Graeco multis additionibus locupletato. *In fine*: Melchior Sessa et Petrus de Ravanis socii quam diligentissime imprimendum curaverunt. Venetiis MDXXV. Die XXIIII. Decembris.

1532, 8. THOMAE MAGISTRI Dictionum Atticarum collectio. PHRYNICHI Atticorum verborum et nominum collectio. MANUELIS MOSCHOPULI vocum Atticarum collectio e libro de arte imaginum Philostrati & scriptis Poetarum. Omnia ex Alphabeti ordine electa. Ex scriptis AELIANI libellus de antiqua ratione instruendarum acierum et ductorum militarium appellationibus. ORBICIUS de ordinibus exercitus. *Graece.* Lutetiae apud Michaelem Vascosanum MDXXXII. Mense Novembri. — 276 non num. *ff.*

1690, 8. *ΘΩΜΑ Μαγιστρου κατα ἀλφαβητον ὀνοματων ἀττικων Ἐκλογαι.* Nicolaus Blancardus emendavit, opus universum disposuit, et *καταλογον* veterum scriptorum adjecit. Franequerae, Amama. —— 3 *ff.* praefixa, 215 pp. Blancardus temere mutavit dictionum ordinem.

1698, 8. *ΘΩΜΑ του Μαγιστρου κατα ἀλφαβητον ὀνοματων ἀττικων ἐκλογαι.* Nicolaus Blancardus emendavit, opus universum disposuit et *καταλογον* veterum scriptorum addidit. Animadversio-

nes suas adiecit Lambertus Bos. Franequerae, Strik. cIↄIↄcxcvIII. —— 3 ff. praefixa, 42 pp. animadversiones, 215 pp. textus graecus, qui ex eadem editione, ex qua prior editio est.

1757, 8 mai. *ΘΩΜΑ του Μαγιστρου Κατ' Αλφαβητον Ονοματων αττικων Εκλογαι*, Ex dispositione Nicolai Blancardi, Cum vetustis Lamberti Bos, & novis defunctorum virorum D. Heinsii, Fr. Junii, Laur. Normanni, Erici Benzelii, J. Christoph. Wolfii, Arn. Drakenborchii, Abr. Torrenii, & quum maxime vivorum Cl. Sallierii, Jo. Jac. Witteri, Dan. Wilh. Trilleri, Eliae Stoeberi, Ti. Hemsterhusii, Franc. Oudendorpii, Fred. Lud. Abreschii animadversionibus. Collegit partim, digessitque, Johannes Stephanus Bernard, M. D. Qui & suas notas adjecit. *LUGDUNI BATAVORUM*, Apud Petrum van der Eyk, et Cornelium de Pecker. 1757. —— 7 ff., 936 pp. 24 ff. indices et addenda et mutanda. Oratio graeca ex *Blancardi* recensione expressa est. *Oudendorpius* praemisit praefationem, quam *Leonardi Strikii* praefatio ex *Blancardi* editione recepta excipit. Conf. Nova Acta Eruditorum a. 1757. m. Sept. P. I. p. 491 sqq.

1831 — 1832 (s. 1832), 8 mai. Thomae Magistri sive Theoduli Monachi Ecloga vocum Atticarum. Ex recensione et cum prolegomenis Friderici Ritschelii. Halis Sax. in libr. Orphanotrophei. A. cIↄIↄcccxxxII. —— XXXIV pp. praefatio, quam editor sagacissimus praemisit Parti priori, quae a. cIↄIↄcccxxxI. prodiit, atque vocc. *A — I* in 191 pp. complectitur. Altera pars etiam singulari titulo prodiit a. cIↄIↄcccxxxII., et habet CXLVI pp. prolegomena, atque in 504 pp. vocc. *K—Ω*, indicesque, et corrigenda. 3 *Th.* 12 *Gr.* Novam recensionem ad codices mstos constituit *Ritschelius*. Conf. ephem. litter. Halens. 1833. no. III, p. 273 sqq.

3) Laudatio Gregorii.

1691, 4. *ΘΕΟΔΟΥΛΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΤΟΥ ΜΑΓΙCΤΡΟΥ ΛΟΓΟC ΕΙC ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΛΟΓΟΝ.* Hoc est THEODULI MONACHI, sive THOMAE MAGISTRI, LAUDATIO GREGORII THEOLOGI, NAZIANZENI, Arch episcopi Constantinopolitani, *Editore ac Interprete* LAURENTIO NORRMANNO, ANNO Christi CIↃIↃCXCI. UPSALAE Excudit HENRICUS KEYSER, S. R. M.tis & Academiae Typographus. —— 1 f. praefixum, 168 pp., et 2 ff.: Corollaria. Pag. 166 — 168 leguntur notae quaedam censoriae.

4) Oratio de regis officiis.

1827, 4. Theoduli sive Thomae Magistri oratio de regis officiis, ad Andronicum II. Palaeologum, graece. —— V. *Angeli Maii* Novam Collectionem veterum scriptorum. Vol. III. p. 145 sqq.

5) Oratio de subditorum officiis.

1827, 4. Theoduli sive Thomae Magistri oratio de subditorum erga regem officiis, graece. —— V. *Angeli Maii* Novam Collectionem veterum scriptorum. Vol. III. p. 173 sqq.

6) Excerpta.

1828, 8. Excerpta ex Thoma Magistro. —— V. *L. Bachmanni* Anecdota. Vol. II.

II. *Illustrantia Thomam scripta.*

Lexiphili Notitia Editionum Eclogarum vocum Atticarum Thomae Magistri, quae adhuc exstant, et consilium, quomodo accuratior aliqua parari possit. —— In Miscellaneis observationibus, Vol. V. Tom. III. p. 28 — 41.

Ch. Sal. *Wolfii* Schediasma de Thoma Magistro. *Progr. acad.* Lips., 1724, f.

THUCYDIDES.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 818 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 721 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opus integrum.*

1502, f. *ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ.* THVCYDIDES. *Haec f.* 1 *a. F.* 1 *b legitur Aldi epistola. F.* 2 *a* (*sign.* a A ii): *ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΝ ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΡΗΤΟΡΙΚΗΝ ΠΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑΤΩΝ ΑΥΤΟΥ. Continuo sequitur:* Βιος Θουκυδιδου, *quae f.* 3 *a finitur, quam excipit alia vita; deinde: ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΒΙΟΥ. ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΔΕΑΣ ΑΥΤΟΥ, ΑΠΟ ΤΗΣ ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΠΑΡΕΚΒΟΛΗ. quae f.* 5 *a finitur. Eodem f.* b *incipit: ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ*

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΙΔΙΩΜΑΤΩΝ Διονυσιος Αμμαιῳ τῳ φιλιατῳ χαιρειν. quod *f.* 7 *b explicit. Continuo sequitur: ΑΛΛΩΣ. ΒΙΟΣ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.* **F.** 8 *vacat.* **F.** 9 *a* (*sign.* Aa) *incipit: ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΠΡΩΤΗΣ. In fine:* Venetiis in domo Aldi mense Maio. M.DII. *F.* 124 *vacat.* —— Aldi epistola commemorata, quam *Renouardus* in *Annales* de l'imprimerie des Aldes, Tome I. p.80 „assez curieuse" appellavit, est *haec*: „ALDVS MA. RO. DANIELI RAINERO PATRITIO VENETO. S. D. — Si quisquam est in hac inclyta Rep. Veneta Daniel Rainere, qui ex hac nostra prouincia publicandi, uel potius è duris, ac tetris carceribus liberandi bonos libros maximam uoluptatem capiat in his te esse, sum ipse optimus testis. nam non solum in uia quoties tibi fio obuiam, hortaris me, ut nec duris hisce temporibus cedens, nec laboribus ullis succumbens constanter, ac fortiter, ut coepi pergam, sed etiam confers te saepe in aedes nostras. quid nam uel latine, uel graece, uel etiam hebraice (in tribus enim linguis edoctus es) excudatur uisurus. Taceo quanto mihi adiumento sis, tuos et graecos, et latinos commodādo libros, admonendoq; ut id maxime imprimendum curem, quod studiosis summae utilitati futurū putes, nec quivi unquam in te vel minimum invidiae deprehendere, quod mea opera, et labore bonae literae publicantur ut quosdam pusillanimes, et bibliotaphos notavi. .... Eram daturus una cum Thucydide τάτε Ξενοφῶντος, καὶ Πλήθωνος, &c. sed quia non habebam minimum tria exemplaria. distulimus in aliud tempus. Interea cum haec scriberem, erat sub incude Herodotus. & Sophocles cum commentarijs. Vale, et provinciae nostrae (ut soles) fave. Ven. pridie Id. Maias. M.DII.

1526, f.min. *ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ, ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙΜΩΝ ΧΩΡΙΣ ΩΝ, ΟΥΚ ΕΥΞΥΝΕΤΟΣ Ο ΞΥΓΓΡΑΦΕΥΣ.* THVCYDIDES CVM COMMENTARIIS ANTIQVIS ET VALDE VTILIBVS SINE QVIBVS AVTHOR INTELLECTV EST QVAM DIFFICILLIMVS. *Infra Iuntinum insigne typogr. atque infra epigramma graecum legitur. In fine f. ult. a: Εν τη φλορεντια παρα Βερναρδῳ του Ιουντα ἔτει ἀπο του χριςου γενεσεως χιλιοςῳ πενταχοσιοςῳ τε και εἰχοςῳ ἕκτῳ, ἀνθεςηριωνος δευτερα ἱςαμενου. — Η των τετραδιων παντων της βιβλου κατα ταξιν ἀκολουθια.* — AA. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V. — *Απαντα εἰσι τετραδια πλην του. ΑΑ. τριαδιου.* — *Florentiae apud Bernardum Iuntam, anno ab incarnatione domini Millesimo quingentesimo* (vigesimo) *sexto die secunda nouembris.* — AA. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V. — *Omnes sunt quaterniones praeter. AA. ternionem.* — 6 *ff.* praefixa, 160 *ff.* Sunt etiam exx., in quorum subscriptione desideratur verbum *vigesimo*, qua re alii duas editiones Iuntinas, unam a. 1506, alteram 1526 indicant.

1540, f. *ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ μετα σχολιων παλαιων, και πανυ ωφελιμων, χωρις ὡν ὁ συγγραφευς πολυ ἀνευχερης ἐςι.* Thucydides cvm scholiis et antiquis et vtilibvs, sine quibus autor intellectu multum est difficilis. Accessit praeterea diligentia Ioachimi Camerarij, in castigando tum textu, tum commentarijs, unà cum Annotationibus eius. *Infra epigr. graecum Stephani Schirotii, et:* BASILEAE Ex officina Hervagiana, anno M.D.XL. *In fine f. penult.: α. β.* a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. A. B. C. D. E. F. Omnes sunt terniones, praeter E quaternionem, & F quinternionem. BASILEAE IN OFFICINA HERVAGIANA, ANNO M.D.XL. — 12 *ff.* praefixa, 128 pp., et 1 *f.* cum subscriptione, et 1 *f.* cum insigni typogr. Hervagii. *Ioachimus Camerarius* praemisit volumini epistolam nuncupatoriam, datam: Amplissimo Domino Mauricio praesuli Eystatensi. In cuius fine dicit haec: „... praestantissimum autorem, & cuius lectio his temporibus maxime utilis, apposita quidem certe futura esset, Tuae etiam, ampliss. praesul, excellenti uirtuti & sapientię dedicandum esse putauimus. In quo nos quasi recognoscendo non poenitendam omnino operam impendimus. Usi autem sumus adiumento exemplaris uetusti, de quo diligētia Heruagij nostri multa obseruatione digna descripta fuére, & cōmunicata nobiscum. Exemplar uerò Constantinopoli (ut in illo praescribitur) ab Eugenio Papa (sic enim Graeci uocarunt suos magistros paterni affectus nomine.) Ioanni cuidā Aretino ante annos amplius centum, qui se illo studiorum causa contulisset, donatum, & Basileae hactenus asseruatum fuit. Adiunximus quidē & nostram attentionem atq; curam, maxime in commentariolis percensendis. Quae omnia studiosis nequaquam ingrata futura esse confidimus." *etc.* Hervagius in excerpendis variis lectionibus non satis diligenter versatus est. Bibl. sen. Lips.

1564, f. Θουκυδιδου τυ Ολορου περι τυ Πελοποννησιακου πολεμου βιβλια οκτω. Thucydidis Olori filii de bello Peloponnesiaco libri octo. Iidem Latine, ex interpretatione Lavrentii Vallae, ab Henrico Stephano recognita. ANNO M.D. LXIIII. Excudebat Henricus Stephanus, illustris viri Huldrichi Fuggeri typographus. —— 8 *ff.* praefixa, 297 pp., et 1 *f.*; 216 pp., 4 *ff.* index rerum. In epistola ad Lectores docet de sua editione haec: „... hoc tibi persuade, me in conquirendis more meo veterum codicum lectionibus curam & diligentiam quātam potuerim maximam adhibuisse: nec minori tamen cum religione quam in aliis quos antehac edidi authoribus, diuersas editionum superiorum lectiones (praeter eas quae manifeste depravatae erant) vel in ipso textu, vel saltem in margine retinuisse. Imo alicubi nimis etiam (ut ingenue fatear) religiosus fui: quippe qui ipsemet postea in locis aliquot, qum eos per otium attentius expēderem, lectiones margini a me appositas esse animaduerterim quas in ipsum potius textum recepisse debuerā. ... De scholiis secundo loco nobis dicendum est, id est de nauata à nobis in illorum editionem opera: si tamen prius nostram de illis exposuerimus sententiā. Quisquis igitur ea leget, non unius, sed diversorum, & quidem longe dissimilium, enarrationes esse sciat. Dissimilium autem, non habita tantum ratione temporis, sed multo etiam magis doctrinae, dico. ... factum esse arbitror ut in his scholiis mala sint permixta bonis, vel potius pessima optimis: ideóque summum adhibendum esse in eorū lectione iudicium praemoneo. ... Superest ut quid nostro circa ea labore effectum sit, intelligas. Effectum est nimirum ut quae antea plurimis in locis ex utilibus inutilia reddita fuerāt, atque adeo lectorem turbabant etiam, nūc summo cum fructu à quolibet, qui modo attentionem adhibeat, legi possint. Quid vero ea prius inutilia reddebat? Partim ea quae in illis passim occurrebant deprauata vocabula, partim (& multo quidem magis) quae suis e locis in alienos migrauerāt expositiones. saepe enim in aliqua verba expositio afferebatur quae cum illis nullo modo conueniebat. quomodo autem conuenire potuisset, quum non ad ea, sed ad alia, multorum versuum, interdum & multarum paginarum spatio inde distantia, pertineret? Cuius permutationis, aut potius perturbationis, exempla plurima partim ex nostrae editionis cum superioribus collatione, partim ex nostro Annotationum libro tibi suppetent: in quo & illa scholia quae in suas sedes nondum reducta fuerant (subterfugerunt enim nostram festinationem aliquot eorum quae migraverant) reducere, & quae supersunt in illis depravationes tollere, magna saltem ex parte, conabimur. .... Vallae ... igitur interpretationem quum recognoscendam suscepi, non tam duram me provinciā, quam postea expertus sum; cepisse existimaui. Quam enim obscurus esset Thucydides non eram nescius, sed melior fide versatum esse Vallam in eius interpretatione, & omnia suae aetatis oracula ad eruendum ex obscurissimis quibusque locis sensum, consuluisse credebam. .... ad Vallam quod attinet, vix satis mirari possum illius partim inscitiam, partim negligentiam: inscitiam, quum in male vertendis quibusdam locis qui plane similes sunt, sui & ipse similis est, sibique in suo errore constat: negligentiam, quum Locos similes, & interdum planè eosdem, vno in libro rectè, in altero pessimè interpretatur. Miror etiam qui fieri potuerit ut qui de Latinae linguae elegantiis scripserit, tam ineleganti plerunque (nequid grauius dicam) sermone usus sit; ac praesertim quomodo temporū usum tam pueriliter multis in locis confuderit. Adeo quidem ut vix adduci potuerim ut hanc interpretationem ab eo post scriptas Latinae linguae elegantias editam fuisse crederem. Sed de hac aliorum esto iudicium: eum certe malae in interpretando fidei apertè conuincunt meae infinitis propemodum in locis emendationes, margini appositae: ac potissimum in cōcionibus, quae quo difficiliores caetero sunt opere, eo magis à me in earum elaboratū est recognitione: ac primò certe eam solam interpretationis partem institueram recognoscere. Hactenus de Latino interprete." Rep. est minus nitide a. 1588. Bibl. sen. Lips.

1588, f. — Editio secunda. Anno M.D.LXXXVIII. Excudebat Henricus Stephanus etc. —— 10 *ff.* praefixa, 621 pp., 8 *ff.*, 73 pp. notae, et 3 *ff.* index. Novam fecit Stephanus recensionem orationis Thucydidis graecae atque scholiorum, ad fidem codicum mstorum, ac denuo recognovit Vallae versionem. Adiecit etiam notas ad librum primum maximamque partem secundi, atque Chytraei Chronologiam.

1594, f. ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ Του Ολορου, περι του Πελοποννησιακου πολεμου Βιβλια οκτω. THVCYDIDIS Olori filii, de bello Peloponnesiaco libri octo. Iidem Latinè, ex interpretatione Lavrentii Vallae, ab Henrico Stephano nuper recognita. Quam Aemilius Portus, Francisci

Porti Cretensis F. paternos commentarios accurate sequutus, ab infinita grauissimorum errorum multitudine nouissime repurgauit, magnaq; diligentia passim expolitam innouauit. In hac postrema editione quid praeterea praestetur, sequens pagina docet. Francofurti, Apud heredes Andreae Wecheli, Claudium Marnium, & Ioan. Aubrium. M. D. XCIV. *Cum Priuilegio S. Caesareae Maiestatis ad sexennium.* —— 5 *ff.* praefixa, 3 *ff.* Marcellini vita Thucydidis, 631 pp. oratio graeca cum versione latina et subiectis scholiis graecis, variisque lectionibus in margine positis. 568 pp. Francisci Porti commentarius, 3 *ff.* Chronologia historiae Thucydidis auctore D. Chytraeo, 4 *ff.* Concionum sive orationum Thucydidis argumenta, a Iobo Veratio conscripta; 17 *ff.* indices, et 1 *f.* Errata, quorum numerus est magnus acervus. Bibl. sen. Lips.

1696, f. *ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ περι του Πελοποννησιακου πολεμου βιβλια οκτω.* THUCYDIDIS de bello Peloponnesiaco libri octo. Oxoniae, E Theatro Sheldoniano. Impensis *T. Bennet* ad insigne *Lunae falcatae* in Coemeterio D. Pauli. Anno Dom. MDCXCVI. —— 4 *ff.* praefixa, 16 pp. Marcellini vita Thucydidis aliaque, quae sequitur una tabula Graeciae antiquae; 608 pp., 15 *ff.* indices. Orationi graecae subiectae sunt versio latina, variae lectiones, atque postremo loco scholia graeca. Pag. 532—537 Veratii argumenta; p. 538—551: Ad lectionem scholiorum graecorum in Thucydidem scriptorum, proparasceue H. Stephani, praemisso eiusdem de scholiis iudicio; p. 552—595 Stephani, Palmeri et Hudsoni annotationes; p. 596 sq.: Henrici Stephani operarum in Dionysium Halicarn. cap. XVI. de Dionysii imitatione Thucydidis; p. 598—608: Appendix, in qua Variantes Lectiones Codicum MSS. Clarendonii & Graeviani, ut & Exemplarium nostrorum necnon locorum è Thucydide ab Aliis adductorum nonnullae pridem omissae, ad sua quaeque loca referuntur. Oratio Thucydidis graeca ex editione Stephaniana secunda deprompta est. Versio Laurentii Vallae iterum emendata exhibetur. *Ioannes Hudson* in epistola ad Lectores, editioni praemissa, de sua editione haec docet: „In textu exprimendo (cujus mihi prima fuit cura & antiquissima) ad Stephani editionem posteriorem haec nostra conformata est, idque tanta fide & religione, ut vix latum unguem ab ea discesserim: eorum officiosam procul habens diligentiam, qui verba Auctorum dictatoria licentia plerumque in deterius immutant, & suspiciones suas pro genuinis Scriptorum dictis venditant & inculcant. Verum, ubicunque Stephanus seu codicum Fuggerianorum (ut puto) auctoritate, seu judicio suo quo valebat acerrimo subnixus, aliquid innovarit, ac ab editione Aldina aliave quavis recesserit, accurate verba ipsa subnotavi. Codices etiam MSS. quos comparare undecunque licuit, haud perfunctorie relegi, & cum excusis ea qua par est diligentia contuli. Codicem unum mihi, cum primam operi manum admoverem, suppeditabat Bibliotheca Norfolciana; alium Bibliotheca Collegii Corporis Christi Oxon. qui Claymondi primi praesidis, viri suo aevo celeberrimi, olim fuerat; tertium, qui conciones tantum complectitur, Bibliotheca nostra Barocciana, Bodleianae pars non-ignobilis. Postquam autem Editio haec nostra pene ad umbilicum perducta esset, duos porro melioris notae codices ope virorum amicissimorum obtinebam: unum ex instructissima Bibliotheca illustrissimi, ... Henrici Comitis Clarendoniae: alterum pro singulari sua humanitate, ... mittendum curavit vir omni laude major Joannes Georgius Graevius. Lectiones variantes tam e Codd. impressis quam manu scriptis pridem excerptas, legentium oculis qualibet in pagina subjeci: serius autem advectas in Appendice fideliter repraesentavi. Quod si cui minus arrideat quod minutissimas quasque varietates, quae non erant manifesta librarii sphalmata, anxie & solicite conquisivisse videar: sciat delicatulus hujusmodi Lector, minutula ista mihi laboris improbi taedium non parum auxisse, sibi autem moram nullam injicere, molestiamve facessere. In iis quidem non verti Graeciae fortunas libenter agnosco, sed neglectis istis, Auctori saepe decedere gratiam & venustatem, aut peculiarem quandam sermonis elegantiam agnoscent omnes, quibus sanum in hisce rebus judicium. .... Textui .... in lemmata sive lectiones distincto, Latinam Aem. Porti versionem supposui. .... Interpretationi autem huic non adeo serviliter memet addixi, ut eam, prout sensus exigit, paululum immutare non sustinuerim. itaque in consilium adhibui versiones Latinas caeteras omnes, ut & Gallicam Ablancurtii, & Anglicanam Hobbesii: (quem, ut obiter id moneam, fontes Graecos non adiisse acerbe magis quam juste queritur Auctor notarum ad Marmora Oxoniensia). Hasce translationes, quae mearum castigationum praecipuus fundus erant, cum textu Graeco inter legendum commisi: & ubi nodus aliquis vindice dignus occurrit, istorum etiam interpretum sententias post

variantes lectiones apposui. Infimam paginae partem occupant Scholia antiqua, quae H. Stephanus (cujus ad exemplar ista edidi) Marcellum quendam auctorem habuisse tradit (Vide *Henr. Stephani* Animadversiones ad libellum de Dialectis Graecis, p. 27) ex Cod. vet. Corinthi de dialectis. Si tamen unius & non potius diversorum & dissimilium sint enarrationes, ad oras codicum primitus adscriptae, & postea in unum fasciculum congestae. Ut vero lectores illos eruditiores demerear, qui praeter historiam ipsam textumque emaculatum, temporis etiam quo quaeque gesta sunt notitiam desiderant, Chronologiam accuratissimam, quam mecum communicavit Henricus Dodwellus, temporum emendator longe maximus, exteriori cujuslibet paginae parti ab initio libri secundi apponendam curavi." Bibl. sen. et acad. Lips.

1731, f. *ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ περι του Πελοποννησιακου πολεμου βιβλια οκτω.* THUCYDIDIS de bello Peloponnesiaco libri octo, Cum Adnotationibus integris Henrici Stephani, & Joannis Hudsoni. Recensuit, & Notas suas addidit Josephus Wasse. Editionem curavit, suasque Animadversiones adjecit Carolus Andreas Dukerus. Cum Variis dissertationibus, MSCTor. collationibus, Et indicibus novis locupletissimis. Amstelaedami, Apud R. & J. Wetstenios & Gul. Smith. MDCCXXXI. —— 1 *f.* titulus, 1 tabula aeri incisa, 1 *f.* titulus verus, alia 16 *ff.* praefixa, 34 pp. Marcellini vita Thucydidis, graece et latine, aliaque, et ex Fabricii Bibl. gr. excerptum de Thucydide; deinde p. 25 sqq.: Variae lectiones MS. Codicis Basileensis. Una tabula Graeciae antiquae, et post pag. 376 tabula insulae Siciliae, 574 pp. oratio graeca cum versione latina, variis lectionibus, scholiis graecis atque adnotationibus; p. 576—583: H. Stephani proparasceue; p. 585—660: Annotationes in scholia graeca cum auctario Scholiorum; p. 661—678: Addenda et Emendanda; p. 679—728: Index dictionum et locutionum quae in Thucydide visae sunt memorabiliores. 48 pp. Indices; 123 pp. Annales Thucydidei; Praemittitur apparatus, cum Vitae Thucydidis Synopsi chronologica. Ab Henrico Dodwello. Haec editio est emendatior auctiorque repetitio antecedentis, quam tamen festinanter parare coactus erat editor; qua re non ea praestitit, quae potuisset atque etiam par esset. Usus est variis duorum codicum, alterius Paris., alterius Havniensis, lectionibus, quas excerpserunt e priore Wetstenius et Smithius, atque e posteriore Ioan. Grammius. His accedebat editio Basileensis Hervagii cum MS. codice Basil. collatio, ex qua patet, Hervagium, qui nonnullas huius codicis lectiones ad Camerarium excerptas miserat, quaedam non recte vidisse, et non uno loco aliam, atque in codice est, lectionem dedisse. Veterum editionum nullam habuit Dukerus, nisi Vascosanianam trium priorum librorum, et Basileensis Hervagii a. MDXL. duo exemplaria, quae quibusdam locis inter se discedere observavit editor. Praefationi suae inseruit etiam *Wassii* Animadversiones, quas ille cum editore, iam opere absoluto, communicavit.

1759, 8 min. *'Ο του ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ πολεμος Πελοποννησιακος.* Thucydidis Bellum Peloponnesiacum. Ex editione Wassii et Dukeri. Glasguae, Foulis. *VIII Voll.*

